Dc 15

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000001

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000002

Schildemeister
Marb 1847

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000003

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000004

HORAE ARAMAICAE.

SCRIPSIT

PAULUS BOETTICHER.

Pag. 2, lin. 24: potest — lege possit.
Pag. 11, lin. 2: [illegible] — lege [illegible].
Pag. 11, lin. 3: ventum — lege ventus.

יַפְתְּ יִשְׁכֹּן בְּאָהֳלֵי שֵׁם

Aus GILDEMEISTER'S Vermächtniss

BIBLIOTHEK der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft

BEROLINI 1847.

PROSTAT APUD C. GROBE.

TYPIS ACADEMICIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000005

Errata.

Pag. 2, lin. 24: potest — lege possit.
Pag. 11, lin. 2: मरुत् — lege मरुत्.
Pag. 11, lin. 3: ventum — lege ventus.

BIBLIOTHEK der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft.
Aus GILDEMEISTER'S Vermächtniss.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000006

I. ANNOTATIONES DE REBUS BABYLONICIS.

Babyloniam initio aerae Nabopolassaricae a duabus gentibus habitatam invenimus, semiticâ hac, quae a Kesed, Nahori filio descendens, ideoque Casdaica iure suo nuncupata, positis circa Pasitigridis ripas domiciliis, mare Persicum attingebat, illâ jafetitica, de qua paulo inferius agemus, proprie Chaldaeorum nomine insignita, sed Hebraeis, utpote eos a Casdaeis, quorum Chaldaei domini facti erant, non discernentibus et ipsa Casdaeorum nomine veniens, qua re sat magna disceptandi materia viris doctis oborta. Casdaeorum qui a Pasitigridis ripis remotiores, ut ex Iobeade regnante Baësa conscripta videmus, per loca deserta vagati panem latronum comedere contenti erant, dum eorum populares, quibus per agrorum flumine irriguorum fertilitatem victum honestiorem sibi comparare licebat, vel a navigatione ut supponere in promptu est, non alieni, iam Bileami temporibus astrologia inclaruerant. Casdaeorum erat ipsa urbs Babylon, quorum vicinos Assyrios Tigride, Zabato et monte Zagro inclusos propie et ipsos Semitas fuisse confido, deinde cum tribubus jafetiticis multifariam permixtos. Sed latius dicta Assyria ad Araxem usque patebat, quae res vel inde evincitur quod Iudaeis ab Assyriis in exilium abductis, etiam ad Araxen domicilia data sunt, ut vice versa Cutaei et Avvenses eorum loco in Samariam missi (2 Reg. 17, 24) Araxis antea accolae fuerant. Quam rem quum paulo obscuriorem adhuc videam, ὡς ἐν παρόδῳ illustrare libet. Quaedam iam I. St. Martin praeripuit, qui in libro: Mémoires sur l'Arménie I, 267. 268. de urbe Naxuana (Ptolem. 5, 13) agens, Armenis Նախիջեւան Nakhidschewán „prima descensio vel prima mansio" dicta, quam Armeni omnes ita vocatam volunt ob Noe hoc loco post diluvium

ex arca primum egressum, (sita est autem in provincia Ararat, Genes. 8, 4) adducensque Iosephi locum Archaeol. I, 3. 5: ἀποβατήριον τὸν τόπον τοῦτον Ἀρμένιοι καλοῦσιν· ἐκεῖ γὰρ ἀνασωθείσης τῆς λάρνακος ἔτι νῦν οἱ ἐπιχώριοι τὰ λείψανα ἐπιδεικνύουσιν: — ita: Le seul moyen, ait, d'expliquer d'une manière satisfaisante la coincidence frappante de ces deux traditions, qui nous viennent de sources si différentes, c'est de supposer, que le nom de Nakhidchevan ou prémière descente a été donné à la ville en question par les Juifs, qui se sont établis en Arménie bien long temps avant l'ère chrétienne. Ce qui rend cette conjecture très vraisemblable c'est que la plus grande partie de ces Juifs étoient fixés dans les environs de cette contrée, sur les bords de l'Araxes, et qu'au commencement du quatrième siècle ils étaient fort nombreux dans la ville même de Nakhidjewan. Faustus Byzant. IV, 55 pag. 260 et 261. Haec ille. Cutaei contra et Avvenses in Samariam abducti Araxis incolae fuerant, regio enim quae inter Araxem et Moschicos montes sita Ptolemaeo Geogr. 5, 13 Κοτακήνης nomine venit, Armenisque Կոտայք *Kotaikh* vel Կոտէք *Kotêkh* audit, ubi animadverte literam ք *kh* Armenis numeri pluralis tantum indicem esse, haec inquam regio Cutaeorum patria. Atque Avvenses referendi ad Աւան Avan Cotacenes urbem, quae Wartano in opusculo suo geographico (ed. St. Martin in: Mémoires sur l'Arménie II, 416 lin. 9) narrante, etiam Giulakhalakh (Arm. գիւղաքաղաք) nominabatur, quod nomen, licet arcem Armenice significare potest, nescio an non ad Hebraicum גְּאֻלָּה referri queat. Confer praeterea nomen urbis munitae Avnik Աւնիկ آونيك, in ripa Araxis septentrionali sitae, Constantino Porphyrogenetae Ἀβνίκον κάστρον dictae. Addo, Hamât, cuius 2 Reg. 17, 24 mentio iniicitur, esse Amidam, quam Armeni Համիթ *Hamith* nuncupant, Syri ܐܡܝܕ: Assem. B. O. I, 26., cuiusque deus אֲשִׁימָא „infinitus" ab Indico सीमन् *sîman* „fines, limes" et अ privativo dicebatur.

Sed ad rem redeundum. Regno Assyriaco circa a. 625 a. Chr. n. per Cyaxarem Medum et Nabopolassarem Chaldaeum finis impositus, iamque quaeritur, quinam fuerint Chaldaei illi, quorum rex Nabopolassar Niniven expugnavit. Chaldaeorum Ponti Euxini accolarum mentionem faciunt Xenophon multis in locis et Strabo XII, 3 (t. 3 p. 26. 36 ed. Tauchn.): τῆς Τραπεζοῦντος ὑπέρκειται καὶ τῆς Φαρνακίας Τιβαρηνοί τε καὶ Χαλδαῖοι μέχρι τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας et p. 27 ἡ Φαρνακία ἐκ τῆς γῆς ἔχων τὰ μέταλλα, νῦν μὲν σίδηρον, πρότερον δὲ καὶ ἄργυρον quem locum adscripsi quia Tibarenorum nomen et ipsum metallum designat, v. توبال Haft Qulzum I, 331, ut et Sisak, de quo mox, Indice सीसक plumbum est. Eodem ducimur Elisei Amaduniensium episcopi celeberrimi loco, Opp. ed. Venet. 1838 p. 109 med.: որք էին 'ի լերինս Խաղտեաց .... իջանէին յամուրս աշխարհին Հայոց ... և նոքա մեծաւ զօրութեամբ 'ի ձորագաւառն Տայոց „Ii qui in montibus Chaldaeorum erant, descenderunt ad regionem Armenorum et magno cum exercitu in convallia Daikh venerunt." Provincia Daikh media erat inter flumina Acampsin et Cyrum, Chaldaeis ab oriente contermina. Idem Eliseus p. 108, 6 terram Chaldaeorum vocat lumine destitutam: անլոյս երկիրն Խաղտեաց, Chaldaeosque iuxta Albanos et Iberos nominatos arces munitas possidere tradit, p 79 med. Huic regioni vicinae erant primae Armenorum sedes: in nomine montis Thechis Xenoph. Anab. IV, 7. 21 de cuius cacumine qui ex Armenia veniunt, primum Pontum Euxinum conspiciunt, in hoc inquam nomine occurrit ni fallimur, prima syllaba vocis תּוֹגַרְמָה, qua Armenia designatur.

Iam si in memoriam revocemus, quae Moses Chorenensis H. A. I, 11. 13 refert, veterem Armenorum regem Aramum in Cappadociam, i. e. in Gomeri terram Gen. X, 2, Armenis enim Cappadocia Gamir audit, misisse Meschakum (מֵישַׁךְ Daniel 1, 7), urbis Mazacae vel Caesareae conditorem, quae vero orientem versus specta-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000009

rent regiones Sisako donavisse, a quo vel nostro tempore provincia Sisakan vocatur lacum Lychnitem vel Sevan undequaque cingens, Araxis undis alluta, sique praeterea meminerimus, in illa non quidem Chaldaeos sed Gelaeos (գեղք Elis. Opp. 99, 17 گیلان) inveniri, si porro cogitemus Zabios et ipsos regem quendam antiquum ܐܡܓܢ cognoscere, (liber Adami III, 76 ed. Norberg regum post diluvium sceptra tenentium catalogum exhibet, cuius nomina prima: ܓܡܘܪܬ, deinde ܐܪܕܒܢ ܡܠܟܐ ܠܫܡܟܘܪܬ, tum ܐܠܟܣܢܕܪ ܐܡܓܢ, tum ܐܡܓܢ ܒܪ ܐܦܪܝܢ Ἀστυάγης Աժդահակ اژدها draco Mos. Choren. I, 29): — si haec omnia inquam diligenter perpendamus et conferamus, Chaldaeos qui Nabopolassare duce Babylonis imperium occupaverunt, ex septentrionali Atropatenes parte venisse persuasi habebimus, atque ita שֵׁשַׁךְ ille apud Ieremiam obvius nova ut spero luce splendebit, simul vero hoc ipsum vocabulum argumento adducere licebit, Nabopolassarem ex provincia Sisakania et ab Araxis ripis ad Euphratem advolasse. Ac vel veterem Syriacum sacri codicis interpretem haec non omnino fugisse videntur, quum Ierem. 25, 26 מֶלֶךְ שֵׁשַׁךְ vertat ܡܠܟܐ ܕܐܪܫܟܐ „rex Arsacida" et Ierem. 51, 14 אֵיךְ נִלְכְּדָה שֵׁשַׁךְ ܐܝܟܢܐ ܐܬܐܚܕܬ ܐܪܫܟܝܬܐ „quomodo capta est urbs Arsacidarum." Cf. Wisemanni horas Syriacas p. 133. 273 qui ܐܪܫܟܐ ab Efraimo Syro per malleum explicatum ex Assem. B. O. I, 52. 53 docet Syris praecipuum et excellentem denotasse. Ut uno verbo repetam quid mihi velim, Babylonem Sesak vocari credo, quia a Sisacaniae incolis Chaldaeis expugnata erat. Ad sententiam meam magis adhuc confirmandam manifestum Efraimi Syri testimonium adscribo: Opp. II, 161 B ad Ierem. 51, 27: ܐܫܡܥܘ ܥܠܝܗ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܪܪܛ ܘܕܐܪܡܢܝܐ ܘܕܐܫܟܢܙ ܗܘ: ܠܥܡܡܐ ܕܥܡܪܝܢ ܒܛܘܪ ܩܪܕܘ ܘܠܐܪܡܢܝܐ ܫܒܒܝܗܘܢ ܘܠܒܪܒܪܝܐ ܡܠܟܐ ܐܪܥܐ ܕܡܕܢܚܐ ܕܢܦܩܘܢ ܗܘܘ ܠܥܒܕܐ ܠܚܪܒܐ ܕܒܒܠܝܐ „Annunciate contra illam s. de ea regnis Ararat, Armenorum et Aschkenaz i. e. populis qui montes Qardu habitant, vicinis illorum Armeniis, et barbaris ter-

ram septentrionalem habitantibus, filiis gigantum, qui una cum Medis egressi sunt ad bellum Babyloniis inferendum."

Medos et Chaldaeos sive Sisakanios nova deum colendi ratione utrisque communi per Heomo vel Poreodekeschang legislatorem Zoroastro antiquiorem instituta, ad hanc expeditionem contra Babylonios adornandam instigatos esse, forsitan non nimis inverisimile erit; simile quid statuere licebit in Xerxe acerrimo templorum et statuarum hoste (Cic. de legib. II, 11), quum eius antecessor Darius Hystaspis primus religionem Zoroastrianam, quum ad finem vitae iam pervenisset, amplexus sit: cf. Yescht aquae, carde *24.27* ita a Burnoufio in: commentaire sur le Yaçna versum: Accorde moi (precatur Zoroaster) o pure et bienfaisante Ardvi Çûra, toi qui es exempte de souillure, que je puisse convertir le fils de Aurvataçpa, le fort Kavaya Viçtâçpa, pour qu'il pense conformément à la loi, qu'il parle conformément à la loi, qu'il agisse conformément à la loi. Caeterum Zoroaster Urumiae ad lacum Van natus ideoque inter exules Iudaeos educatus procul dubio plurima ex religione Hebraeorum sua fecit. Atropatene patria Magorum est, ut iam nomine huius provinciae evincitur, quod significat אֶרֶץ בַּעַל הָאֵשׁ, Zendice 𐬀𐬚𐬭𐬀𐬞𐬀𐬌𐬙𐬌𐬥𐬀 *athrapaitina*, deinde etiam ideo confirmatur, quod Zoroaster ut solent fere facere legislatores suam gentem usque laudibus evehentes, Atropatenen primam omnium terrarum creatam esse tradit nominatam apud Anquetilium Aeriano vaedjo, cf. Zendavesta I, 2 pag. *263-65* et Bundehesch ibid. II, 410.

Ita populum Iafetiticum in Babylonia rerum potitum esse demonstravimus, et nunc iure nostro linguis Iafetiticis ad explicandas res Babylonicas utimur, iure nostro deos ab Araxis accolis quum adhuc in Atropatene degerent magni habitos etiam in Babylonia ab iisdem cultos esse censemus.

De mythologia Babylonica ex professo agit Diodorus Siculus Bibl. Hist. II, 30 ubi praeter alia haec habet: *μεγίστην Χαλδαῖοί*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000011

φασιν εἶναι θεωρίαν καὶ κίνησιν περὶ τοὺς πέντε ἀστέρας τοὺς πλανήτας καλουμένους, οὓς ἐκεῖνοι μὲν ἑρμηνεῖς ὀνομάζουσιν, ἰδίᾳ δὲ τὸν νῦν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων Κρόνον ὀνομαζόμενον, ἐπιφανέστατον δὲ καὶ πλεῖστα καὶ μέγιστα προσημαίνοντα καλοῦσιν Ἥλιον (lege Ἦλον)· τοὺς ἄλλους τέσσαρας ὁμοίως τοῖς παρ᾽ ἡμῖν ἀστρολόγοις ὀνομάζουσιν, Ἄρεως, Ἀφροδίτης, Ἑρμοῦ, Διός. Sed noli oblivisci his deis solem et terram i. e. Adad et Adargatin, vel Tammuzum et Mylittam praepositos esse, quos de facultate generandi et semen recipiendi optime explicant, quum Δερκετῶ vel Ἀθάρα ut Ctesias et Strabo scribunt, facile cum Indico दारक *dâraka* „mulier voluptuosa", दार *dâra* „uxor" quod a radice दृ capere descendit, queat conferri, praemissa litera A, cuius praemissionis infra capite altero exempla alia inveniemus. Ceterum confer Macrobium Saturn. I, 23: „Deo Assyrii, quem summum maximumque venerantur, Adad nomen dederunt. Eius nominis interpretatio significat unus. (Male confudit Adad et אֶחָד, ut cidarin Curtius bis Persicum vocabulum esse tradit, quum sit Hebraicum כֶּתֶר: cf. Hesych. κίτταρος διάδημα, ὃ φέρουσι Κύπριοι). Hunc ergo ut potentissimum adorant Deum, sed subiungunt eidem deam nomine Adargatin, omnemque potestatem cunctarum rerum his duobus attribuunt, Solem Terramque intelligentes, sed argumentis quibus ornantur significantes multiplicem praestantiam duplicis numinis. Simulacrum Adad insigne cernitur radiis inclinatis, quibus monstratur vim coeli in radiis esse solis qui demittuntur in terram. Adargatis simulacrum sursum versum reclinatis radiis insigne est monstrando radiorum vi superne missorum enasci quaecunque terra progenerat." Quo lunam referam certe et ipsam a Babyloniis cultam nescio; si ex loco Yaçnae Zoroastrianae id concludere liceret, cum sole coniungerem, quum in Yaçna (Burn. p. 289) legitur: [illegible]
[illegible]

„invoco plenam lunam, quae omnia nasci facit", quod ipsum etiam de sole dici potuisset. Cf. tamen Plut. Is. Os. 52. Diod. I, 11.

Sed iam redeo ad quinque deos interpretes, quorum duos Iovem Veneremque bonos, Saturnum Martemque malos, medium et ancipitem fuisse Mercurium tradunt, Efraimo Syro II, 458 C ܒܘܣܡܐ ܡܠܝܐ dictum. Et bene ita coniunctos esse iam nominibus evincitur, quum vocabulo क्रूर Indi Martem cum Saturno iunctum designent, Armenique referente Wartano (Geogr. ed. St. Martin in Mém. sur l'Arm. II, p. 408) Iovem լուսնթագ *lusnthag*, Venerem լուսաբեր *lusaber* nominent.

Atque hoc loco de Haruto et Maruto agere oportet, angelis, qui a Deo in terram missi, quum Venus in forma pulcherrimae mulieris ad eos descendisset, exarserunt concupiscentia illius. Sed illa avolavit unde venerat, angeli vero in fovea quadam Babylonica pedibus suspensi, delicti poenam luunt omnesque qui volunt artem magicam docent: Qorân II, 96 ed. Fluegel. Noli non conferre Genes. VI, 1-4. Addo locos quosdam, ubi Hafizius horum trium mentionem facit, codice Hafiziano usus Bibl. Reg. Berolin. 119 octonis scripto anno Hidschrae 992. Ibi p. 13 B:

بایدم شدن سوی هاروت بابلی

„ire debeo ad Harutum Babylonium": et de Venere psaltria coelesti: pag. 5 B:

بر آسمان چه عجب گر زگفتهء حافظ
سماع زهره برقص آورد مسیحارا

„Quid mirum, si cantante Hafizio Venus in coelo cum Messia choreas agere incipiat?". Et p. 37 B:

چون بهوای مدحتت زهره شود ترانه ساز
حاسدت از سماع او محرم آه وناله باد

„Quum in laudem tuam Venus carmen modulatur, adversarius tuus qui tibi invidet, interea per odam eius (quia eam tecum congau-

dere, te celebrare videt) amicus familiaris gemitûs et planctùs fiat." Et 72 B:

زهره ساز خوش نمی سازد مگر عودش بسوخت

„Venus dulcia carmina non amplius canit, sed lyram combussit (non amplius ea usurus quia tu maior poeta tuâ utaris)." Et p. 84 A:

غزل .... ناهید صرفهٔ نبرد
در آن مقام که حافظ بر آورد آواز

„carmen Veneris superfluum est, ubi Hafiz canere incipit". Et p. 93 A:

بیاور می که نتوان شد زمکر آسمان ایمن
زلعب زهره چنگی ومریخ سلح سورش

„Vinum affer quoniam a dolo coeli tutus esse nemo potest, nec a luso Veneris psaltriae, nec a Marte, qui per arma omnia conturbat." Et p. 96 A:

بامدادان که زخلوتکهٔ کاخ ابداع
شمع خاور فکند بر همه اطراف شعاع
بر کشد آینه از جیب افق چرخ ودرآن
روی گیتی بنماید بهزاران انواع
در زوایای فلکخانهٔ جمشید طرب
ارغنون ساز کند زهره باهنگ سماع
جنك در غلغله آید که کجا شد مطرب
جام در قهقه آید که کجا شد مناع

(Metrum species Ramali est constans choriambis duobus, hinc molosso, cui et ipsi choriambus sufficitur, hinc amphimacro inclusis): „Mane quum ex penetralibus palatii aurorae lucem orientis in omnes partes dispergerent radii solis, speculum e stola monachali horizontis sphaera coelestis protraxit, quo faciem mundi mille modis reflexam monstraret, et in angulis arcis coelestis, quam Dschemschid laetus habitat, Venus choreas moderans organum pulsavit; tunc cithara sponte sonans interrogabat: ubi est citharoeda? et poculum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000014

quasi mugientibus intestinis, ubi est, ajebat, is qui quomodo bibar impedire vult?" Et p. 113 A:

ارغنون‌ساز فلك راهزن اهل مراست

„Quae organum coeleste pulsat, latro hominum honestorum est: i. e. Venus psaltria coelestis mihi carmina mea furatur."

Num similia quaedam contineantur Sanchuniathonis loco apud Eusebium de praep. evang. I, 10 (pag. 34. 36 ed. Orelli) servato non definio, eius tamen verba adscribo: Ἡ Ἀστάρτη περινοστοῦσα τὴν οἰκουμένην εὗρεν ἀεροπετῆ ἀστέρα, ὃν καὶ ἀνελομένη ἐν Τύρῳ τῇ ἁγίᾳ νήσῳ ἀφιέρωσεν· τὴν δὲ Ἀστάρτην Φοίνικες τὴν Ἀφροδίτην εἶναι λέγουσιν.

Hanc de Haruto, Maruto et Venere fabulam, quam modo tractavi ex vetere Babyloniorum mythologia in recentiora Arabum Persarumque scripta transiisse quam persuasissimum habeo, vel ea re ductus quod angeli illi in Babylonia poenas luere dicuntur, praeterea id monens, apud Babylonios Venerem et Iovem cum Marte et Saturno semper pugnare, plane ut Harut et Marut Veneris per amorem inimici sunt. Sed non abfuisse a fabula veteri tempore Iovem, Veneris socium, docemur Suidae loco, quem a me frustra quaesitum, Iosephus de Hammer Purgstall primus excitavit, licet eo non ita usus ut nos: ex Hammero rem narro: Μελάμπυγοι erant iuvenes duo lascivi a matre usque moniti, ut Λασιόπρωκτον caverent, male eos dimissurum si ipsum lacessere auderent. Quum Herculem aggrederentur, vinctos ille pedibus suspendit v. Hafizium Hammerianum I, p. 26. Ibi de Venere nihil, sed contra ni fallor Iovem invenimus Saturni et Martis hostem, qui ab Persis recentioribus omissus est, nisi in commemoratione Messiae quocum Venus choreas ducit (v. supra) eius vestigium agnoscere velis.

Iam Harut et Marut, quod ipsis nominibus adeo manifesto evincitur, ut a nemine adhuc hanc sententiam prolatam esse vehementer mirer, Harut et Marut, inquam, sunt Persarum Khordad et Mordad,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000015

qui zendice Haurvatat „universitas" et Ameretat „immortalitas" audiunt. Ex iis quae modo commentati sumus, coniecturam facere possumus Harutum et Marutum Saturno et Marti Diodori responsuros esse, Veneris Iovisque hostibus: et revera si quaeramus quomodo Mars et Saturnus apud Babylonios i. e. Sisacanios ab Araxe venientes, Cutaeorum vicinos nominati sint, Nergalum et Kêwanum dictos fuisse docemur 2 Reg. 17,30. Nergal occurrit etiam in nomine Babylonico נֵרְגַּל שַׂרְאֶצֶר Ierem. 39, 3. 13. Nergal autem Indice (निरकाल *nirakâla* „beyond of death") nihil aliud significat quam immortalem i. e. Marut, Mordad, Ameretat; et Kêwan Indice (केवल *kêwala*, ubi loco syllabae *la* optime suffixum *na* poni potest) secundum Amarakôscham est: totus, omnis, universus; i. e. Harut, Khordad, Haurvatat.

Quinque planetas ut Babylonii venerati sunt etiam Zabii, v. librum Adami III, 82, 12 Norberg: ܒܚܡܫܐ ܐܫܬܪ̈ܐ ܢܒܥܐ ܘܠܐ ܢܫܟܚ „a quinque stellis petet, nec inveniet", licet alias iidem de septem planetis loquantur: ibid. III, 196. 2. ܫܒܥ̈ܐ ܕܠܐ ܫܦܠܗ ܢܗܘܘܢ „septem sc. stellae sine felicitate erunt. Efraimus Syrus II, 458 B et ipse de septem planetis a Chaldaeis divino cultu elatis loquitur: ܣܗܪܐ ܘܟܘܟܒܬܐ ܣܡܘ ܗܘܘ ܟܠܕܝ̈ܐ ܕܟܪ̈ܐ ܕܝܢ ܚܡܫܐ „Lunam Veneremque feminas (ita cum Benedicto suppleo) esse statuerunt Chaldaei, ceteros quinque (scil. planetas) mares." Indus Varâha Mihira (apud Wish transactions of the literary society of Madras 1827 p. 63 sqq.): Domini, ait, elementorum ignis, terrae, aeris (i. e. αἰθέρος) aquae, venti sunt Mars, Mercurius, Iupiter, Venus, Saturnus, ubi per Martem ignem, ventum per Saturnum regi docemur, quod novo argumento esse potest, quanta familiaritate Mars et Saturnus iuncti cogitabantur, ut quibus rerum tam arcte cohaerentium imperium demandaretur. Notum enim ignis Graecum et Gothicum venti nomen (πῦ-ρ et *fô-na*) ad eandem radicem पू *pu* „purificare" reducendum esse. Ex hoc Varâhae Mihirae loco con-

MORGENLÄNDISCHE BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000016

cludere forsitan licebit, Babyloniorum deum מְרֹאדַךְ aut Saturnum ipsum esse aut quendam eius filium vel ministrum quum मरुत् *marût* (cui facile adhaeret suffixum क *ka*) Indis sit ventum: contra Martem etiam שַׁרְאֶצֶר vocatum censuerim, non quasi hoc vocabulum dominum ignis significare posse crederem, sed quia Martem a Scythis, ut ex Herodoto, et a Babyloniis, ut ex monumentis liquet sub sagittae imagine adoratum esse scimus, Sarâsura autem Indice deum sagittae denotat (सर sagitta, असुर deus). Quod Venerem aquae dominam tradit Varâha Mihira, praeclare ad eius nomen Babylonicum Σαλαμβῶ quadrat (cf. Hesych. II, 1143 ed. Alberti: Σαλαμβῶ ἡ Ἀφροδίτη παρὰ Βαβυλωνίοις), quod iam dudum Erasmus Rask unice vere Indice τὴν ἐξ ὕδατος φυθεῖσαν significare docuit. Cf. Hyginum fab. 197. Addo analogam formationem वसुदेवभू *vasudêvabhû*: Vasudevâ procreatus i. e. Krischna.

Iam pauca addenda de iis quae Damascius philosophus Neoplatonicus primum a Goerresio adductus de diis Babylonicis retulit (v. Wolfium anecd. Graeca sacra et profana, 1723. tom. 3, p. 258) ubi simul quaedam a Iudaeis memoriae his de rebus prodita illustrare conabimur. Ταυθὲ et Ἀπασῶν Damascii procul dubio sunt Tammuz et Mylitta primum inter deos locum tenentes, quia liberorum procreatio maximi semper apud antiquos habita: confer quae Persarum rex apud Eliseum Opp. p. 37 med. in Armenis Christianis reprehendit: *որ մեծ քան զա̃մ, զի հանապազ 'ի կանոյս ոչ մերձենայք* „Ceteris omnibus crimen maius est quod quovis tempore cum uxoribus coire nefas ducatis", et ad finem epistolae suae Mihrnerseh Persa apud eundem Eliseum p. 21 fin.: *անարգեն զծնունդս մարդոյ և գովեն զանորդութիւն: և եթէ լսէ ոք դոցա և 'ի կանոյս ոչ մերձենան, աշխարհի վախճան վաղվաղակի հասանէ* „contemnunt generationem hominis et laudant orbitatem, sique unusquisque eis obtemperaret et cum uxore rem non haberet, mundi finis celeriter veniret." — Μωυμῖν quem socio carere dicit Damascius, est Mer-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000017

curius ille Diodori inter bonos malosque deos anceps haerens, quam meam opinionem loco Iuliani me probare posse confido (ed. Spanheim Lips. 1696 Orat. IV p. 150 C. D): οἱ τὴν Ἔδεσσαν οἰκοῦντες (Φοίνικες) ἱερὸν ἐξ αἰῶνος ἡλίου χωρίον ἔχοντες Μόνιμον αὐτῷ καὶ Ἄζιζον συγκαθιδρύουσιν. Αἰνίττεσθαί φησιν Ἰάμβλιχος παρ᾽ οὗπερ καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐκ πολλῶν μικρὰ ἐλάβομεν, ὡς ὁ Μόνιμος μὲν Ἑρμῆς εἴη, Ἄζιζος δὲ Ἄρης, Ἡλίου πάρεδροι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ τῷ περὶ γῆν ἐποχετεύοντες τόπῳ. Cissare Damascii etiam apud Zenobium Claghensem, Sancti Ioannis in provincia Armeniae Taronia c. a. d. 340 abbatem occurrit, qui deos Gisanem (գիսանէ) et Demetera ex India in Armeniam advectos esse memoriae prodidit, et Gisanem numen nominatum esse refert quia capillos admodum prolixos haberet (केसुर *kêsura* Indis is qui caesariem promissam habet): v. Zenobium ed. Venet. 1832, p. 8. 15. 16. 25. 27. 31. 32. 34. 36. 42. Praeter hos Damascius Δάχην καὶ Δάχον nominat, ubi statim dei Indici Dakscha memini, de quo Coleman (Mythology of the Hindus 1832 pag. 8): Daksha was an avatar or appearance of Brahma upon earth in a human shape. He was the father of Suti, the consort of Siva, whose son Viva Badra produced from the locks of Siva cutt off his head for treating his father with indignity, and causing the death of Suti. On the intercessions of the gods Daksha was restored to life, but his head having during the battle fallen into the fire and been burnt, it was replaced by that of a he goat." Ubi conferrem Mosis Maimonidae Môreh Nebûkîm III, 46 init. pag. 43 B fin. ed Solisbac. 1828: הָיוּ כַּתּוֹת מִן הַצָּאבָה עוֹבְדִים לַשֵּׁדִים וְהָיוּ חוֹשְׁבִים שֶׁהֵם בְּצוּרַת הַעִזִּים; ni Dakscha Indis etiam gallum significaret et Rabbini Nergalum sub galli figura adoratum esse referrent: cf. Raschii notam ad 2 Reg. 17, 30: סכות בנות דמות תרנגולת עם אפרוחיה: נרגל דמות תרנגול: אשימא דמות תיש וכן קרויין בלשון כל אומה ואומה וכן פירשו רבותינו בסנהדרין: נבחז דמות כלב תרתק דמות חמור אדרמלך דמות פרד

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000018

ענמלך דמות סוס. Dachus ex Dakscha eodem modo ortum, ut pracritice semper *kkh* substituitur, ubi sanscritice *ksch* est, atque uti Graeci Indicum Kschatra Κάθαροι scribunt et Dakschina Δάχινα. Nergali imaginem (fuisse vero a Chaldaeis revera cultas imagines, praeter alios Efraim Syrus II, 446 A auctor est: ܠܐ ܫܪܘ ܐܘ ܦܬܟܪ̈ܝܗܘܢ „non dimiserunt vel destruxerunt idola sua", cui calculum adiicit Moses Maimonides Mor. Nebûkîm III, 29 p. 39 A: לפי הדעות ההם הצבאיות העמידו הצלמים לכוכבים : צלמי הזהב לשמש וצלמי הכסף לירח) Nergali inquam, sideris adversi imagines galli speciem retulisse vel inde confirmatur quod Iudaei, idololatriae acerrimi hostes et quoquo modo eam impugnare et delere studentes gallo utuntur, si maledictiones pronunciandae sint (cf. Talmud B. Berakôt 7 A med.), plane ut Saturnum שַׁבְּתַי vocant i. e. maledictum (शप्त *çapta*, ni malis explicare सपत्न *sapatna* „inimicus, hostis"). Venus Indis etiam सित *sita* audit, i. e. alba, contra Saturnus असित *asita* „niger", et hinc Persis Venus iterum Anaitis i. e. non nigra, Saturni inimica. Atque ut Venus planetae dea, aliter quam Efraimi diebus ܟܘܟܒܬܐ (II, 454 C ܢܟܦܬܐ ܟܘܟܒܬܐ: 457 E ܗܝ ܢܟܦܬܐ ܣܡܟܗ̇ ܟܘܟܒܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܒܗ: 459 D) casta habebatur, non illa confundenda cum Mylitta (castitatem vel ea probant quae de Haruto et Maruto narrantur): ita Saturnum serpentis imagine venerabantur, et serpentem voluptatis σύμβολον fuisse notum: cf. Philonem de opif. mundi p. 34. 35. 38 de allegor. leg. II, 1100 Mangey ὄφις σύμβολον ἡδονῆς. Ubi quum ad serpentem devenerim ad Genes. II, 14 עָפָר תֹּאכַל confero φράσιν Persicam خاك اندر دهان „pulvis in ore" i. e. pudibundus Firdausi Suhrab 205, 4: Hâfiz msc. p. 9 A:

زشرم آنكه بروى تو نسبتش كردند
سمن بدست صبا خاك در دهان انداخت

„Propterea quod cum facie tua ipsum comparassent, pudibundus iasminus per manum Euri pulverem in os coniecit."

Si Raschi, ut hoc addam, loco supra adducto, Anammelekum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000019

Sipparenorum deum, sub figura equi adoratum esse scribit, Eusebius vero Chron. Arm. I, p. 33 πόλιν Ἡλίου Σίππαρα memorat, neuter alterius testimonium falsum esse evincit, quum sol etiam a Zoroastre equo comparetur: v. Burnouf Yaçna p. 389: ० 𐬨𐬃𐬊𐬢𐬵𐬀𐬵𐬉 𐬔𐬀𐬊𐬗𐬌𐬚𐬭𐬀𐬵𐬉 (Genitivus!) ० 𐬵𐬎𐬎𐬀𐬭𐬆𐬑𐬱𐬀𐬉𐬙𐬀𐬌 (Dativ.!) 𐬀𐬨𐬆𐬱𐬀𐬵𐬉 ० 𐬭𐬀𐬉𐬎𐬎𐬀𐬵𐬉 ० 𐬀𐬎𐬭𐬎𐬎𐬀𐬝 ० 𐬀𐬯𐬞𐬀𐬵𐬉 ० 𐬀𐬵𐬉 quae Burnoufius ita vertit: J'invoque la lune qui garde le germe du taureau, et le soleil, souverain, coursier rapide." Solem bene Alexandrini etiam Amos V, 26 expresserunt: ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥαιφάν, nam Ῥεμφὰν ut melius scribitur Actor. 7, 43 (Lachmannus tamen Ῥεφὰν, Peschito ܪܐܦܢ legit) coptice ⲣⲏ ⲙ̀ ⲡⲓ ⲉ̀ⲛⲉϩ solem mundi denotat. Verba Amosi כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם nulla re melius illustrantur quam comparatione signi hieroglyphici, quo Aegyptii vocem ⲑⲱⲟⲩⲧ vel ⲑⲟⲩⲱⲧ „statua" reddiderunt. Namque ut Apollinis Amyclaei, ita et Solis statua a Nebûkadneçare posita (Daniel 3, 1) nihil fuit nisi columna, cui dei imago, eius caput pectusque tantum referens imposita erat. Vides ex hoc Amosi loco, quanti usus versio Graeca Alexandrina esse possit, atque unice dolendum, eam paene ex quo Humphredus Hodyus eam perscrutatus est, incultam iacere, plane ut paraphrases Chaldaicae, quarum annuente dei favore novam editionem paraturus sum ad codicum manuscriptorum fidem emendatam. Et ut quaedam etiam ad versionis Alexandrinae studium conferam, ea hic adscribo omissis ceteris eorum libris, quae in Psalterio coniectura emendanda sunt, simul Clementis Alexandrini locos ut confido omnes addens, quibus lectiones servatae sunt cum archetypo Hebraico melius convenientes quam codicis Vaticani a Leandro van Ess denuo editi. Et coniecturis quidem sanandi videntur loci hi: ψ 4, 8 ἀπὸ καρποῦ מֵעֵת scribe ἀπὸ καιροῦ: — ψ 17, 14 ἐχορτάσθησαν ὑείων, יִשְׂבְּעוּ בָנִים, repone υἱῶν, annuente ut nunc video Arabe Maronita (شبعوا بالبنين) et Aethiope צַגַּבֻ דָקִקִ: — ψ 38, 8 ἡ ψυχή μου

כְּסָלַי: scribe ἡ ψοΐά μου vel ἡ ψυά μου: — ψ 39,6 παλαιὰς טְפָחוֹת: restitue παλάμας, favente Arabe Maronita: هونا بالاشبار جعلت ايامي: — ψ 45,17 ἐγεννήθησαν יִהְיוּ: cum Arabe: عوض ابايك يكون لك ابناء scribe ἐγενήθησαν: — ψ 44,20 ἐπεκάλυψεν ἡμᾶς σκιὰ θανάτου, וַתְּכַס עָלֵינוּ בְצַלְמָוֶת repone: ἐπεκάλυψες ἡμᾶς σκιᾷ θανάτου, adstipulante Copta: ⲧϧⲏⲓⲃⲓ ⲙ̀ⲫⲙⲟⲩ ⲁⲕⲑⲟⲣⲉⲥ ϩⲱⲃⲥ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ ϫⲱⲛ et quodammodo etiam Arabe qui ἐπεκάλυψεν - σκιᾷ legit: غطانا بظلال الموت: - ψ 48,4 (cf. ψ 45,9) scribe βάρισιν „palatiis" ab Aegyptiaco ⲃⲁⲣⲓ: - ψ 56,7 καθάπερ ὑπέμεινα τῇ ψυχῇ μου, כַּאֲשֶׁר קִוּוּ נַפְשִׁי: scribe ὑπέμειναν cum Arabe: كمثل ارتصدوا نفسى et Aethiope: יְצַנְחוּ לְנַפְסִי ψ 59,12 τοῦ νόμου σου, עַמִּי, forsitan scribendum τοῦ νομοῦ σου, νομοὶ enim vel ϩⲁⲛ ⲧⲟϣ nominabantur singulae Aegyptiorum tribus —: ψ 59,14 συντέλειαι, כַּלֵּה, scribe συντελείᾳ ut bene habet Arabs: بالانقصاء بغاية الرجز —: ψ 65,8 συνταράσσων, מַשְׁבִּיחַ, rescribe συναράσσων collato ψ 106,9 —: ψ 65,13 τὰ ὄρη, נְאוֹת; legendum cum Itala (pinquescunt speciosa deserti) et Arabe (تدسم جمال البرية) ὡραῖα —: ψ 68,14 ἀναμέσον τῶν κλήρων, בֵּין שְׁפַתַּיִם, lege τῶν κλήθρων, ubi Graecus qui linguam Aegyptiacam callebat, ad intelligendum Hebraicum vocabulum forsitan adiutus est comparatione vocis copticae ⲥⲟⲃⲧⲉ „circumvallatio, maceria, claustrum, sepes, septum, caula": — ψ 71,6 σκεπαστὴς, גּוֹזִי: lege σπαστής: — ψ 72,16 loco eius quod vulgo legitur στήριγμα (פִּסַּת בַּר) ingeniose admodum Grotius σίτου δρᾶγμα scribere iussit: — ψ 73,4 ἀνάνευσις, חַרְצֻבּוֹת: ob parallelum στερέωμα statim ἀνάπνευσις vel ἄνεσις scripsi, quam coniecturam dudum in schedis propositam nunc versionum auctoritate confirmatam video (Arabs: لان ليس راحة فى موتهم, Copta: ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ϣⲟⲡ ϧⲉⲛ ⲡⲟⲩⲙⲟⲩ, Aethiops: אַלְבֹמְ שָׁהְתַ [quo vocabulo Marc. 6,11 ἄνεσις redditur] לַמֹתְמְ).

Loci quo Clemens Alexandrinus locos Psalterii addncens melio-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000021
DFG

ribus lectionibus utitur quam codex Vaticanus praebet, hi sunt: ψ 1,4 οὐχ οὕτως non repetitur Strom. II, 15. 69 pag. 465 Potter: — ψ 1,5 ἀσεβεῖς articulo caret Strom. II, 15. 69 plane ut apud Iustinum Martyrem: — ψ 34,16 οἱ ὀφθαλμοὶ addito articulo: Strom. III, 12. 85 p. 304 P. ψ 64,6 εὐλογοῦσι, καταρῶνται Strom. IV, 6. 32 p. 578 P., ubi revera lectionis varietas inest, quum a sancto patre tempus praesens statim per aoristum explicetur ideoque certe ab eo lectum, non coniectura intrusum sit: — ψ 69,33 ἐκζητήσατε τὸν θεὸν καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν Protrept. 10, 106 p. 84 P. —: ψ 73,1 ὡς ἀγαθὸς τῷ Ἰσραὴλ ὁ θεὸς Paedagog. I, 1 p. 97 Pott. —: ψ 89,21 ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ Strom. IV, 17. 109 p. 611 P. —: ψ 95, 8 κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ Protrept. IX, 84 p. 70 Pott. —: ψ 149,4 ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ Paedagog. II, 4. 44 p. 195 Potter.

II. EXPLICATIO VOCABULORUM CX E LINGUIS JAFETITICIS IN DIALECTOS ARAMAICAS TRANSSUMPTORUM.

1. ܐܒܣܬܐ liber Zoroastri. In lingua Pehlevica secundum Muellerum per commentationem diario Asiatico Parisiensi (1839 April.) insertam, huius dialecti restauratorem, idem vocatur [illegible] [illegible] אפסטאק, quod vir ille doctus exponit: id quod constitutum est, deinde textum quem vocamus significare coniicit. Apud seriores Persas vocabulum corruptum est in استا et aliter. استاوزند habet Firdausi apud Mohl Fragmens relatifs à la religion de Zoroastre Paris 1829 pag. 24 lin. 21, واستا, زند; idem pag. 21, 16.

2. אֲבַרְוָאֵרִי murus. Arûk R. Natanis Jechielidae: פירוש אברואדי חומת העיר בלשון פרסי: בלשון ישמעאל הוא الجواسق ולאחד יקרא جوسق. ובלשון תורה יקרא מגדל: Occurrit Talmud Babli Sabbat fol. 11 A init. editionis Francofurtoberolinensis, qua semper utor, coniunctum cum קשקושא, ubi Scholiasta קשקושי ואברואדי

בירניות ומגדלים. Est Armenicum պարուար *parhuar* murus (confer Hebraicum פַּרְבָּר). R. Natanum tamen Persicum esse scribere, nihil est cur mireris, saepius enim vocabula Armenica, quibus nunc carent Iranienses, pro Persicis venduntur, ut in Hesychii glossa (ed. Io. Alberti 1746 I, col. 544.): ἄρξιφος ἀετὸς παρὰ Πέρσαις, quum Armenis արծիւ *ardzio* sit aquila: v. Mosen Choren. II, 7. pag. 165 init. ed. Venet. 1827.

3. אֲבְרְנִים crudus. A radice भृ *bhrî* assare (Rosen Rad. Scr. pag. 72) quae nonam coniugationem sequitur, ideoque ना adsciscit, participium praesentis passivi est भृनमान *bhrînamâna*, cui voci si praefigas अ privativum, oritur *abhrînamâna*, non assatus, ubi participium praeteriti ut alias fere fit non adhibitum esse, notatu admodum dignum est. אֲבְרְנִים scribi pro אֲבְרְנָם moleste ne feras, quum literae I et A haud raro alternentur, यम [illegible], वप् [illegible], पित [illegible]: خورشيد et خورشاد H. Q. II, 90: כַּרְכְּמִישׁ „arx Masiorum" ex ܒܝܪܬܐ et מַשׁ Gen. 10, 24. Persis recentioribus بريان assatum valere et deinde tormentis affectum denotare, inter omnes constat, v. Firdausii Suhrab ed. Atkinson Calcutt. 1814. p. 156, 4: 161, 7: 190, 10.

4. ܐܕܠܐ. Vide num sit अदल्ल *adala*, planta quaedam, secundum Wilsonum qui ad Çabdartha Tschandrika provocat, Eugenia acutangula aut aloe perforata Socotorina.

5. ܐܪܘܛܦ. Est Persicum أنربويه, quod Haft Qulzum I, p. 115 florem herbae alkali dicunt esse, et ab aliis de radice croci aut de radice spinae cuiusdam exponi referunt, Schirazensibus چوبك اشنان i. e. lixivium dictae, cuius generis species sit بخور مريم (Rich. maidenweed).

6. אֲרְנְבָּר mercator. Arûk: פירושו לשון פרסי עושה מלאכת הנשיא. Occurrit Talm. Sukka 30 A fin. אמר להו רב הונא להנהו אוונכרי כי זבניתו אסא מתוכים לא תגזזו, ubi Scholiasta: אוונכרי תגרי כל דבר להשתכר בו כגון כלים קטנים מהתין מסריקות ולולבין וקודרין מרנ"ש. Indis वन् *van* significat emere, vendere (Rosen

R. S. pag. 223), hinc fuit nomen abstractum वनि *vani* mercatura, cui si adiicias voculam कार *kâra* faciens, orietur vanikâra „mercaturam exercens, mercator". Cogitavi etiam אֲרַנְבָּר esse Indicum quoddam आपणिकार *âpanikâra* „qui nundinas facit", sed prius praestat.

7. ܐܳܙܳܕ݂ܪܰܚܛ. Est persicum آزاد درخت arbor libera, quae in Haft Qulz. I, p. 19 traditur ab Hyrcaniis زهر زمين, a Persis درخت طاق وطفك, ab Arabiae incolis علقم (v. Tebrizium ad Hamasam pag. 166 med. et 509) et شجرة حرة (mendose in H. Q. legitur جرة) vocari. Cypressus alias arbor libera audit, سرو آزاد: Firdausi Suhrab 162, 10, ut inter flores lilium vocatur liberum: Hâfiz msc. pag. 67 B:

زمرغ صبح ندانم كه سوسن آزاد
چه كوش كرد كه با ده زبان خاموش آمد

„Ab ave matutina quid audierit lilium liberum nescio, ut licet decem linguis (foliis floris quae linguis comparantur) praeditum sit, taciturnum tamen accesserit". Ibidem pag. 8 A:

از زبان سوسن آزادهء ام آمده بكوش
كاندرين دير كهن حال سبكباران خويشست

„Id prolatum a lilii liberi mei lingua audivi, intra hocce (terrae) vetus monasterium fortunam eorum optimam esse, qui onera pauca i. e. rem familiarem modicam habeant".

8. אַמַרְכְּלָא et אֲמַרְכָּלָא proprie sacerdotalis, deinde praefectus a zendico 𐬁𐬚𐬭𐬀𐬬𐬀 *âthrawa* sacerdos. Quae vocabuli deductio egregie quadrat ad Targum Jesajae 9, 14: 19, 15 quos locos Jechielida attulit, ubi אַמַרְכָּל prophetae vices tenet. Plane eadem forma atque אֲמַרְכָּלָא est χαναράγγης apud Procopium de bello Persico I, 5, qui ipse στρατηγὸν interpretatur: quod vocabulum egregie Muellerus ad هنر εὐανδρία revocat, in dialecto Parsi etiam qanar et khanar scriptum.

9. ܐܡܙܘܛ talpa. Cf. Armenorum ուռուց *urhutz*. De permutatione literarum I et U vide ܟܠܡܝ, גִּיהָר, הַרְצוֹנָא, ܐܫܡܫܐ.

10. אֲבַנְגָּר dapifer: secundum Arûk: הממונה על שלחן המלך.

In nostris Talmudis editionibus non male legitur אבירנגר. Est Persicum خوانگر (Rich.) sive خوالگر (Haft Qulz.) sive خواليگر (Firdausi). Haft Qulzum II, 99 haec habent: خوالگر بمعنی سفرچی آمده و طباخ وطعامپز ومطبخی را نیز گویند. Firdausi Suhrab p. 195, 10

بفرمود رستم بخواليگران
که اندر زمان آوریدند خوان
چو خوان خورده شد مجلس آراستند

ubi annoto خوان „mensa", utpote ad स्वन् adornare, instruere originem referens, eodem modo ut Anglorum dish, escas quoque significare mensae impositas. Mensam nudam Persae non خوان sed طبله vocant, certe apud meliores scriptores hic usus ni fallor obtinet.

11. أصطمّ columna. Persis ستون idem, Indis स्थूण *sthûna* secundum Amarakôscham postis, columen. Firdausi Suhrab 164 fin. دو بازو بسان ستون „duo brachia habebat columnis similia".

12. אֲסַפְּדִּיקָא argentum vivum. Arûk: כסף חי. Satis congruit Armenorum սնդիկ *sndik*, quod haud invitus ad radicem Indicam शुन्ध् *çundh* „purificare" referrem (Rosen R. S. p. 216), quoniam argento vivo ad purificanda alia metalla utuntur: confer Qâmûsum ed. Calcutt. II p. ۱۲۸۶ من الزاوق التزويق للتزيين والتحسين لانه يجعل مع الذهب فيطلى به فيدخل فى النار فيطير الزاوق فيبقى الذهب ثم قيل لكل منقش ومزين مزوق. Plinius H. N. 33, 32: Omnia argento vivo innatant praeter aurum; id unum ad se trahit. Ideo et optime purgat, ceteras eius sordes exspuens crebro iactatu fictilibus in vasis vestibus iniectis. Similis de metallorum nominibus formandis opinio occurrit in voce शुल्वारि *çulvâri* „sulfur" i. e. hostis cupri. (Cf. मयुरारि *mayurâri* lizard, chameleon, proprie: fiend of the peacock). Suffixum իկ in սնդիկ idem est, quod in زيبق जीवक primo statim obtutu agnoscimus, de quo verbo vide Haft Qulzum III, 48. 63. 76: VI, 138. Arabicum زوق *zuwaq* Qâmûs II, 1286 et ipsum ad radicem जीव् pertinere, non audeo affirmare, quum अशोक

açôka secundum Mêdinikôscha sit argentum vivum, et ष haud ita raro in Z mutetur: sic *ζωγάνης* servus, qui in festo Babylonico Sacearum regia veste indutus imperium gerebat (v. Athenaeum 14, 44 p. 320 Schweigh. p. 639 ed. Casaub. 1657) procul dubio, quod iam Seldenus de diis Syris II, 15 vidit, idem est quod סְגַן.

13. אֲפֻנְדָּה cingulum, crumena. Scribitur etiam פונדא Talm. Sabbat 120 A. Quisque statim videt esse dictum a बुन्ध् *bundh* „ligare" (Rosen R. S. p. 2 : 2). A radice cognata बन्ध् *bandh* est बन्धुर *bandhura* „*διάδημα*, id quo se cingit rex".

14. ܐܕܪ farina. Hoc vocabulum tantum in compositis quibusdam servatum est, nisi in glossa Castelliana (p. 67 ed. Mich.): ܐܕܪܩܡܚܐ farina, hunc in modum restituta: ܐܕܪ ܗܘ ܩܡܚܐ, vocem simplicem agnoscere velis. In ܐܕܪܦܘܚܬܐ „pistor" (ita enim restituo pro Castelliano ܐܕܪܩܘܡܬܐ) manifesto inest پختن coquere, पच्. Vocem ܐܕܪܝܐ caupo secundum Ferrarium, utpote cum radice धा *dhâ* dare compositam, proprie virum, qui farinam vendit censuerim significare. Neque ܐܪܕܒܐ *ἀρδάβη* „modius" a nostro vocabulo abhorret, etiam in Talmude obvium et a Natane per חצי לתך explicatum, formatum illud ab آرد, ut gangaba (Curt. 3, 13 gangabas Persae vocant humeris onera portantes) a گنج.

15. ܐܣܛܪܘܬܘܩܡܝܠܘܣ struthiocamelus. Persice اشترمرغ. Ferîdeddìn Attâr Pendnàmeh ed. S. de Sacy pag. ۳۵, 4:

چون شترمرغی شناس این نفس را
نه کشد بار ونه پرد در هوا
گر بپر گوییش بگوید اشترم
ور نهی بارش بگوید طائرم

Quod graece tantum verti potest: *Τοιαύτην ψυχὴν στρουθιοκαμήλῳ ὁμοίαν εἶναι ἴσθι, οὔτε γὰρ φορτία βαστάζει οὔτε γ' ἐν ἀέρι πέτεται. Στρουθιοκαμήλῳ ἐὰν εἴπῃς· πέτου, ἀλλὰ κάμηλός φησιν ἔγωγε, ἐὰν δὲ φορτία βαστάζειν κελεύσῃς, ἀποκρίνεται, ὅτι στρουθίον εἰμί.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000026

16. ܒܓܐ esca videtur redire ad भज् *bhadsch* „coquere", vel भुज् „comedere, vesci" ut Hebraice בְּגַת exspectare debeamus ad analogiam תְּפַת a तुप् urere pro तुपित *tupita* ustus. भक्त *bhakta* est esca.

17. ܒܓܐ בָּגָא hortus. Vel tironibus notum Persicum باغ. Vocabula tria quibus Aramaei et Hebraei ad designandum hortum utuntur jafetitica sunt: בָּגָא, פַּרְדֵּס (प्रदेश *pradêça* apud Indos satis frequentatum est regio, provincia, vallum, deinde regio barbara, Arabice فردوس: Çâfieddîn apud Humbert Anthol. Ar. 52, 3 cf. Gellium N. Att. II, 20: Vivaria [בִּיבָר Talm. Sabbat. 106, B] quae nunc vulgus dicit, sunt quos παραδείσους Graeci appellant, quae leporaria Varro [de re rust. II, 3 et 12] dicit. Augustinus Sermm. 343 paradisus, hoc est viridarium) et tertio loco בֻּסְתָּנָא (بوستان) Talmud Sabbat 30 B init. הֲוָה לֵיהּ בּוּסְתָּנָא אֲחוֹרֵי בֵיתֵיהּ.

18. ܒܗܡܢ harba quaedam, deinde albus et ruber fuit ut illa. Exstat etiam apud Arabes: Qâmûs II, 1726 البهمن اصل نبات شبيه باصل الفجل الغليظ فيه اعوجاج غالبا وهو احمر وابيض ويجفف نافع للخفقان البارد مقو للقلب جدا باهي. Haft Qulzum I, 214 بهمن nomen herbae cuiusdam ait esse mense Bahman et per hiemem flores producentis, cuius radix rubra et alba sit. Richardson rosam caninam interpretatur.

19. ܒܗܪܐ portio. Pehlevice secundum Muellerum [illegible] i. e. באארק, neopersice بهره. Haft Qulz. I, 234 بهره بمعنى حصه ونصيب وقسمت وحظ آمده. Vid. Firdausi Suhrab 159 fin.: يك بهره ز آن تير شب بر گذشت.: „pars illius tenebricosae noctis praeterierat".

20. בַּרְגַּר terrae cultor, agricola. Est dictum a भु *bhu* terra, quod idem significat ac भूमि atque etiam si componatur cum लोक fit *bhûr* (*bhûrlôkâ*), confer भुरामय „fictilis" — et कार *kâra* factor.

21. בַּזְבָּנָא: Arûk: פירושו הממונה על המכס של עוברי גשרים. In nostris operis Talmudici editionibus minus bene בזבין scriptum invenio, ut Baba Batra fol. קסז A init. כתב ידה שהוא חייב לו גובה

מנכסים בני חורין ההוא בזבינא דאתא לקמיה דאביי. Descendit a باج tributum. Haft Qulzum I, 148: باج مال واسبابیرا (bona) گویند که پادشاهان زبردست گیرند وهمچنین ملوکان از رعایا ستانند ونیز زری که راهداران از سوداگران و تجاران بگیرند. Quod ad verbum fere cum Jechielida convenit. Hâfiz msc. p. 32 B vocabulo nostro usus est: سزد که از همه دلبران ستانی باج: „tibi ab omnibus pulchris animos irretientibus tributum ferri convenit". S. de Sacy in notis ad Pendnâmeh p. 283 integram eius odam in medium protulit. Atque iam in inscriptione Darii Nakhschirustemica باج obvium: lin. 19. Pro باج invenitur etiam باژ: Haft Qulzum I, p. 170 init.: باژ جزیه را گفته اند وآن زری باشد که مسلمانان از کافران بگیرند وبمعنی باج وخراج هم آمده وآن زری ست که زبردستان از زیردستان بگیرند یعنی پادشاهان بزرك از پادشاهان کوچك ستانند ومالی که حکام (hukkâm: principes, iudices) از رعایا وسوداگران بگیرند. Altera pars vocabuli בִּזְבָּן est notissima syllaba بان custos, inspector: Za persicae ante literam consonantem in Za arabicam mutatae infra s. v. ܙܘܙܐ occurret aliud exemplum.

22. ܒܳܙܳܐ accipiter aut falco. Persice باز idem, Haft Qulzum I, 169 fin. Magis adhuc conveniunt quae Richardsonii editio ultima praebet vocabula بازك vel بزگی a sparrowhawk, a merlin et بیذق falco. Indis est वाजिन् *vâdschin* avis quaedam (v. Amarasinham) et वेगिन् *vêgin* accipiter a celeritate ita dictus.

23. ܒܰܛܳܐ anas, Armenis *բադ bad*: Haft Qulzum I, 145 بت مرغابی را گویند ومعرب ان بط است vide Qâmûsum I, 927 البطة الدبة واناء كالقارورة واحدة البط للاوز والتبطيط التجارة فيه والبطبطة صوته او غوصه فى الماء

24. ܒܳܠܺܝܕܳܪܳܐ tabellarius. Syllabam ultimam statim agnoscimus esse Persicum دار „habens, tenens", atque iam *bali* nuntium vel tale quid significare exspectamus. Et revera Haft Qulzum I, 217 praebent بالو بمعنی آواز حزین آمده, ut *bâlidâr* sit δυσάγγελος. Caeterum confer הַרְצְנָא. Idem quod ܒܠܝܕܪ valet talmudicum בארזגני

quod Jechielida aliter scribens ita exponit אברגני פירש רב האי גאון בלשון פרסי שלוחים. Huc refer etiam Syriacum ܐܦܪܓܢܐ orator, haec enim omnia originem repetunt ab Indico ब्रू *brû* „dicere narrare" (Rosen R. S. p. 51).

25. ܒܢܦܫܐ viola. Persice بنفشه. Praeclare Haft Qulzum I, 231 بنفشه نام گلی است معروف.... ونام گیاهی هم هست که در آب روید سبز وکبود واندکی بسیاهی زند (Ad hanc φράσιν cf. Arabicam ضرب لون شیء الی Zuzeni ad Tarafam 8. 13 la couleur tire sur .., Cicero forsitan dixisset: color imitatur nigrum) وخمدار باشد برکوع وسجود نسبت کنند. Cf. Sadi Opp. II, p. 233 B. 8 ubi coniunguntur بنفشه وگل وبادام ولاله ونسرین et eundem in τετραστίχοις pag. 489 B 3. 4:

هرگاه که نظر بر گل رویت فکنم
خواهم که چو نرکس مژه بر هم نزنم
ور بینو میان ارغوان وسمنم
بنشینم وچون بنفشه سر بر نکنم

„Quotiescunque oculos in rosam vultus tui coniicio, narcisso similis palpebras nunquam claudere cupio (cf. Çâfieddîn alhalli apud Humbert Anth. Ar. 52, 17 النرجس الغض لم تغضض نواظره), at si sambuco et jasmino circumdatus tua societate caream, tacitus sedeo et ut viola caput non attollo." Qâmûs I, 221 ed. Calc.: البنفسج شمه رطبا ينفع المحرورين وادامة شمه ينوم نوما صالحا ومرباه ينفع من ذات الجنب وذات الرية نافع للسعال والصداع. Cf. Suyyûtium apud Humbert Anth. Ar. 46, v. 13. 14.

26. ܒܣܬܩܐ ampulla calix. بشتنك secundum Richardsonium idem, بستة a large China vase.

ܒܣܬܘܩܐ بستو et بستوق a small winyar, tankard or gug. Armenicum բաժակ huc trahi vix poterit.

27. ܒܣܬܪܩܐ, בַּסְתְּרְקֵי tapetum. Arûk: פירושו כרים וכסתות. Armenice պաստառակալ *pastarhakal* idem. Persice videtur esse پستره lectus, torus, stratum, cui apud Indos respondet participium

विस्तृत *vistrita* e radice स्तृ sternere (Zendice 𐬯𐬙𐬆𐬭𐬆 Burnouf Yaçna Notes p. LIV) et praepositione वि compositum, ni malis pro वि substituere अपि etiam पि *pi* scriptum: v. Wilson skr. grammar p. 98. Ex nostro vocabulo ortum Arabum بساط „stratum", abiectis literis duabus, ut verbum بسط nihil sit nisi denominativum quod vocant, plane ut همن ductum ab هميان et نزك a نيزك. Occurrit بساط apud Suyyûtium (Humbert Anth. Ar. 43, v. 7):

تنوعت بسط الرياض فزهرها

„coloribus ornantur strata hortorum eorumque flores". Hamâsa p. 795 med: الله يطوى بساط الارض بينهما „complicet Deus tapetum terrae inter Hazn et Çûl expansum i. e. horum locorum distantiam evanescere faciat". Nos vocem بساط iure nostro e lingua Persica repetere, vel inde patet quod etiam apud antiquiores Persas 𐬠𐬀𐬯𐬙𐬌 *baçti* occurrit: ex Erdavirâfnâme Hydius de relig. vet. Pers. p. 102, quo veteres Persas suffitibus in sacrificiis suis offerendis usos esse demonstraret, versus duo affert, quorum prior:

[illegible]

„stragula pulchra margaritis intertexta straverunt". Nomen tapetorum Jafetiticum esse non est quod mireris, quum inde a Josuae temporibus textrinae Mesopotamiae, magisque etiam Babylonicae omnium gentium fama celebratae essent: cf. Josua VII, 21 אַדֶּרֶת שִׁנְעָר, Plin. H. N. 8, 74: colores diversos picturae intexere Babylon maxime celebravit et nomen imposuit. Strabo XVI, 1 pag. 337 Tauchnitz: *τὰ Βόρσιππα ἱερὰ πόλις ἐστὶν Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος, λινουργεῖον μέγα.* Simili fama apud veteres Damascus gavisa est, unde vulgo vocabulum דמשק ad designandum pannum sericum in usum venisse creditur, quod ni fallor levi literarum transpositione facta etiam apud Armenos et Graecos seriores habetur: Մետաքս *medags*, *μέταξα*. Latine metaxa est sericum rude nondum tinctum apud Ulpium Marcellum, M. Aurelio coaevum, Digest. 39, 4. 16 obvium, sensu fili iam ante Ciceronem C. Lucilio poetae saty-

rico apud Isidor. Orig. 19, 4 usurpatum; cf. et Vitruv. VII, 3. Quum hoc loco ad vocem דמשק devenerim, placet ὡς ἐν παρόδῳ locum Geneseos illustrare, ubi illa occurrit, interpretum curis vexatissima. Gen. XV, 3 Abraham ad deum: בֶּן מֶשֶׁק בֵּיתִי הוּא דַּמֶּשֶׂק אֱלִיעֶזֶר, ubi iam Alexandrini: ὁ υἱὸς Μασὲκ τῆς οἰκογενοῦς μου οὗτος Δαμασκὸς Ἐλιέζερ et Syrus: ܐܠܝܥܙܪ̈ ܕܪܡܣܘܩܝܐ ܒܪ ܒܝܬܝ ܗܘ ܗܢܐ ܠܝ pessime de urbe Damasco patria Eliezeris agi autumarunt, quum Eliezer ille secundum v. 3 verna Abrahami esset. Tu confer Qâmûsum II, 1273 ubi دمشق (pronuntiatum illud damschaq, dimaschq, dimschiq, dumaschiq) de camelis et hominibus adhibitum, celeritatem et agilitatem innuere perhibetur, deinde additur: رجل دمشق اليدين سريع العمل بهما ودمشقوا الامر اتوه بالعجلة „vocatur vir demscheq elyedein, qui laborem manibus celeriter profligat, et damschaqa cum accusativo rei significat rem cito aggredi, cito ad finem perducere". Nec quod deinceps addit: المدمشق المضهب من الشواء „mudemscheq usurpatur de carne ita assata, ut haud plene cocta sit", neque hoc inquam a significatione celeritatis et festinationis nimium recedit, quum carnem coqui festinantia haud satis assatam esse supponere in promptu sit. Quae si iam ad illud Geneseos דמשק afferamus, vertendum videbimus: „Filius possessionis domus meae i. e. rei familiaris meae haeres erit villicus meus Eliezer", nam in hunc sensum cedere potuisse notionem celeritatis et agilitatis, ut quae virtutes in οἴκου ἐπιτρόπῳ post fidelitatem omnium maxime requirantur, negari non poterit. דַּמֶּשֶׂק est forma abstracta, haud raro loco concretae usurpata (sed non in voce שִׁילֹה Gen. 49, 10 cum Jonatane et Calvino reddendâ „filius eius" collato Arabico سول „lumbi" Hamâs. p. 748, quae corporis pars generationis sedes est, et سليلة „filius" Hamâs. p. 102 minime ut locus iste Hamâsae docet, tantum recens natum infans designante. Liberi dum سليلة audiunt, rivulis comparantur e patre ceu fonte promanantibus: سل extraxit, liquefecit (ذاب Hamâs. p. 363) سال

Bibliothek der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000031

fluxit. Cf. Jesaj. 48, 1: ψ 68, 27: Qorân ed. Fluegel: 40, 69: 75, 37. 38: 32, 6 جعل نسله من سلالة من ماء مهين, deinde nomina propria מוֹאָב et ماء السماء „aqua coeli i. e. coeligena" Hamâs. p. 53. 119. 729. 402. R. Acha in Talm. Hierosol. Berakôt cap. 9, 2 fol. 36 A fin. Pirqê Eliezer ed. Amstelod. 1708 p. 5 A init. — Scriptio suffixi ה in voce יִתְרוֹ nunquam obvia constans remansit in פַּרְעֹה „eius excellentia": cf LXX ψ 77, 3 qui נִגְרָה legerunt נֶגְדּוֹ ἐναντίον αὐτοῦ. Adstipulantur nostrae vocis שִׁילֹה explicationi fortasse etiam quidam LXX codices et Symmachus, vertentes ᾧ ἀπόκειται i. e. heres. Gal. 4, 2.) — Quumque hoc loco medius inter בַּסְתַּרְקֵי et גּוּאַלְקֵי haerens de pannis vestibusque agam, unum hoc addo, Graecorum γοσσύπιον Arabicae originis videri القصبى, quod de ramis depectunt, v. Plin. H. N. XII, 21. 22 cf. XIX, 3, licet pro ramis arborum Arabes غصن magis frequentent: غصن البان, MI noctes apud Humbert Anth. Ar. 39, 1, Suyyûti apud eundem 43, 13, Muhammed ibn Sayyid ennâs v. 9, ed. Kosegarten triga carm. or. p. 59.

28. גּוּאַלְקֵי saccus, hippopera. Arûk: פירושו שקים. Schol. ad Talmud Sabbat 154 B med: גואלקי עשקנ"ס חבר גואלקי שתים מחוברות יחד ברצועות ומרכיבין על החמור זו מכאן וזו מכאן וצריך לסלקן יחד וליקרב אצל החמור ומשפשף עצמו ונשען גופו בצדי החמור בהבר גואלקי שתים שאין מחוברות יחד אלא על יד טבעת מתכת שבראש הרצועה ובו מסמר קטן כעין שעושין לחבק שקורין צינגלא שאינו צריך אלא למשוך מעט והמסמר יוצא והן מתנתקות זו מזו. Apud Persas occurrunt variae huius vocabuli formae: جولخ quod Haft Qulzum II, 6 dicunt esse pannum quendam, quo pauperiores et monachi vestiri soleant: جوالق (Qâmûs II, 1255) quod H. Q. II, 14 dicitur esse پوشش قلندران در غايت شهرت „amiculum Qalenderorum fama celebratissimum et notissimum": جوبال de quo ibidem p. 18 بلغت زند وپازند بمعنى جوال آمده وآن ظرفى معروف كه از موى وپشم بافته وچيز (sacculus, marsupium) دران كنند (commeatum). — Quae ultima forma nisi obstare videri

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000032

posset جولخ formam optimam esse contenderem referendam illam ad Indorum चोलक *tschôlaka* „a breastplate, a cuirafs": चोल *tschôla* „a short jacket, a bodice", quum cogitare de radice जल् *dschal* „operire, velare" vetemur ni fallor literâ و in voces جولخ et جوالق inserta.

29. ܓܘܡܫܐ bubalus. Armenis գոմէշ *gomêsch* idem.

30. ܓܘܪܣܢܐ fames. Persis گرسنه *gúrsine* est famelicus, esuriens.

31. גִּיהָר lapis pretiosus. جوهر idem, etiam گوهر scriptum: Firdausi Suhrab 163, 3 et گهر ibid. 160, 10: 169, 12 ut similiter جهان et گیهان alternantur, et Kâf persicum si ad calcem verborum positum sit, apud Arabas haec vocabula transsumentes fere semper in ج mutatur.

32. ܓܙܒܪܐ thesaurarius. Zabice magis ad originem vocis accommodatum ܓܢܙܒܪܐ lib. Adami ed. Norberg III, 3 fin. Persice گنجوار vel گنجور. Vox simplex גִּנְזָא thesaurus. Persis گنج, Armenis գանձ *gandz* Jesaj. 39, 2: Moses Choren. I, 8. Indis auctore Hêmatschandra Nânârtha: गञ्ज *gandscha.*

33. ܓܪܘܗܘܬܐ panis genus. Cf. Haft Qulz II, 50 چروك بمعنی زنی (balteus, cingulum) انبان (plicatura, sinus vestis) آمده كه در ته گذارند بجهت توشه (commeatus) وبعضی بر آن ند كه نان را بجهت اشكنه (panis genus) تريت كنند وريزه ريزه سازند ومعنی مطلق نان هم آمده خواه نان گندم باشد خواه برنج وخواه ارزن وخواه جو ومانند آن. Descendit ab Indico चर् *tschar* „edere", unde चरु *tscharû* „quod comedi potest, deinde explicante Wilsonio: an oblation chiefly of milk and butter with fire to the gods or manes". Sed hoc modo litera ܗ quae in vocabulo Syriaco comparet, non explicatur: alia igitur quaesita interpretandi ratione, contuli گروه turba exercitus: Firdausi Suhrab 184, 10

چو خورشيد برزد سر از برز كوه
ميانها به بستند توران گروه

„Quum sol caput pone montem celsum tolleret, lumbos accingebant

Turanienses milites". Cf. ibidem 199, 5. Iam گروهه optime posset esse panis, qualis militi gregario datur.

34. ܕܘܠܒܐ platanus, quam ex oriente in Italiam advectam esse nudis verbis testatur Plinius H. N. XII, 1. Persae videntur eam prae ceteris adamasse, nominatam دلب vel دلبر. Haft Qulzum II, 158 دلب بمعنی درخت چنار آمده وبرگ آن بصورت پنجه دست است, ubi چنار idem quod صنار, ut صغانة idem quod چغانه. Vocatur platanus etiam شجرهٔ ابرهیم

35. ܕܙܕܐܪ praefectus arcis. Secundum Haft Qulzum II, 181 دژ *dasch* idem est quod کوشك „pallatium, villa, porticus", دز vel دژ *disch* est حصار, قلعه „arx", quo sensu apud Firdausium saepissime legitur Suhrab 173, 7: 176, 3: 179, 2: 184, 7: 209, 4. Praefectus sive custos arcis est دژبان Suhrab 179, 3: 184 fin., cuius loco etiam دژدار occurrit: Suhrab 184 fin., quod est ipsum Syrorum ܕܙܕܐܪ

36. דִּישְׁתָּנָא menstrua. Persis دیستانه, Armenis *դիստան* idem. Talm. Sabbat 110 A med. דִּישְׁתָּנָא אֲנָא, ubi glossa: דֶּרֶךְ נָשִׁים לִי

37. ܕܘܣܬܢ error. دستان Persis idem valere in vulgus notum: vocabulum usurpatur Samo Firdausiano, Zalum Rustemi patrem nomine Destânzend insignienti:

نهادم ترا نام دستان زند
که با تو پدر کرد دستان وبند

38. ܕܒܕܪܐ arbor Dei. Persae habent دیودارو Haft Qulzum II, 221: دیودارو بمعنی درخت کاج مانند باشد وشیرهٔ آن استرخای اعضارا مفید است. Indi et ipsi arborem dei habent: देवदारु *dêwadâru* „genus quoddam pini", v. tamen Wilsonum s. v., qui pro regionum diversitate diversas arbores per dêvadâru significari docet, quod quum nomen sit mere appellativum, non est cur miremur. Syllabam دار in דַּרְצוֹנָא quoque invenimus, item in دارخال (Haft Qulz. II, 195) quod et دلخال scribitur, in داربلبل H. Q. l. c. Ad explicandum ܕܒܕܪܐ facere aliquid videri potest, quod apud Zoroastrem omnes arbores epitheto θεοδοσίων ornantur: Burnouf Yaçna

p. 379 [Avestan text] „invoco omnes arbores a Deo datas".

39. דַּשְׁתְּקָא manubrium Persis دسته, Armenis դաստակ *dastak*: Haft Qulzum II, 227: قبضهٔ شمشیر وکارد وخنجر وتیشه واره وامثال آن „desteh est manubrium gladii, cultri, pugionis, ligonis, serrae vel similium instrumentorum". Noli etiam non conferre دستهٔ گل apud eundem lexicographum II, 196 et vide Firdausii Suhr. 191, 7. Ἐν παρόδῳ illustro glossam H. Q. l. c. p. 227 دسته بمعنی یار ومددکار „manubrii nomine designatur amicus, opitulator" ex consuetudine Arabum auxiliatorem عروة ansam vel manubrium vocare. Hamâsa p. 227. Item وعلة Hamâsa p. 92 fin: قال قوم يقال لعروة الاناء وعلة فان صح ذلك فهو من قولهم لا وعل اى لا ملجا ولا بد لان الاناء كانه يلجا اليها ويفتقر الى ان يحمل بها: „Sunt qui ansas ollarum waʿlet nominari perhibeant, quod si verum est, explicandum erit ex φράσει: *lâ waʿla*, non est refugium. Sine dubio ita vocantur ansae, quia ad eas confugitur, si olla portanda sit. (Hinc יָעֵל Iud. 5, 6: opitulator: fortasse Otnielem innuit Debora.)

40. ܕܪܙܝܐ sartor. Egregie convenit Armenorum դերձակ *derdzak*, paula minus Persarum درزی cf. Haft Qulzum II, 207 de درزمان: بمعنی رشته (filum) وریسمان (linea, metaxa) بافته آمده که در سوزن کشند وپارچه از آن بدوزند. (sarcire, num a तुद ligare?) Item H. Q. II, 224 (fissura, ruptura) درزه بمعنی درز آمده که چاک جامهٔ دوخته باشد وشکاف درو امثال آنرا نیز گویند. Ab eadem radice est درزن acus H. Q. II, 207.

41. דַּרְצִינָא κιννάμωμον. Sabbat ס"ה A med. coniungitur eum פלפל et זנגביל ubi glossa: דרצנא (gingembre) זנגבילא גינזירו קנמון. Persice دارچینی. Literam چ cum ص alternari iam supra sub ܘܨܠܡܐ vidimus. Exspectandum fuisset דַּרְצִינָא sed scribitur etiam גידהר, et persice ستایش *sitâyesch* laus dicitur a स्तु, نیایش *niyâyesch* „adoratio, veneratio" Mohl Frgm. 18, 11: 24, 15 a नु „laudare".

42. ܕܶܫܢܺܝ culter. Persis دشنه sive دشنوه *deschnewe* est culter, pugio gladius secundum Richardsonium.

43. ܗܡܝܢ balteus, cingulum, crumena: Persis هميان. Licet vocabulum Indicum ad amussim conveniens cognitum habeam nullum, non tamen dubito referre vocem هميان ad praepositionem सम्, quae unionem, congregationem denotat, ut ه ortum sit ex स् ut in هفت सप्तन्, هند सिन्धु.

44. ܗܡܢܝܟܐ *μανιάκης*. Iam Daniel V, 11. 16. 29 הַמְנִיכָא. Etiam apud Armenos exstat մանեակ „monile", et in vocabulo composito քառամանեակ *kharhamaneak* „catena". Theodorus Benfey bene confert Indicum मणि *mâni* „gemma, margarita", addito suffixo क facile torquem gemmis aut margaritis distinctam designans. Litera ܗ praefixa mihi videtur esse zendicum 𐬵𐬎 *hu* „bonus" obvium in: 𐬵𐬎𐬭𐬀𐬊𐬜𐬀 *huraodha* „bene crescens" i. q. Ὑρώδης, Orodes: Burnouf Yaçn. p. 252: 𐬵𐬎𐬘𐬌𐬌𐬀 *hudschya* „vita bona" ibid. p. 264: 𐬵𐬎𐬙𐬁𐬯𐬙𐬀 *hutâçta* „bene creatus" (εὔτακτος) ib. p. 279: 𐬵𐬎𐬯𐬭𐬀𐬎𐬎𐬀 *huçrava* „bonas aures habens, obediens" ibid. p. 430. ܗܡܢܝܟܐ igitur primitus *humânika* „bonas gemmas habens".

45. הַנְדֵּס numeros computavit. Persice هندسه arithmetica v. Haft Qulz V, 109. 110 Qâmûs I, 814: الاسم الهندسة مشتق من الهنداز معرب آب انداز فابدلت (Passiv.) الزاى لانه ليس لهم دال بعد زاى

46. ܗܢܕܡܢ. Bar Bahlûl apud Hydium de rel. vet. Pers. p. 359 ܗܢܕܡܢ ܟܢܘܫܬܐ جماعة, quod iam Hydius vidit esse Persicum انجمن „congregatio", Firdausio tritissimum, v. Suhrab 170, 4 et aliis locis.

47. הַרְמָנָא permissio. Talmud Berakôt 58 A: איכא חד גברא ביהודאי דקא דינא בלא הרמנא דמלכא. Est Armenicum Հրաման *hhraman* „imperium, iussus" Eliseus Opp. ed. Venet. 1838 p. 8 med. 12 fin. 39, 12: 50, 10: 51, 16: 57, 22: 58, 21: 59, 10 Moses Choren. I, 4 bis, verum etiam „ἐπιτροπή" Actor 26, 12. Հրաման est Persicum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000036

فرمان, ut Հրեշտակ „angelus" est فرشته. Descendit itaque הַרְמָנָא ab Indico प्रमा pramâ „auctoritati esse" (Rosen R. S. p. 15), unde nomen femininum प्रमा secundum Wilsonum: „that by which every object is measured or estimated", et प्रमाण pramâna secundum eundem „auctoritas".

48. ܒܛܐ perdix parva secundum Castellum. Conferre posses بط „anas", vel واطوط wâtwat „hirundo", ni fallor a celeritate ita dicta: cf. वातवत्: quasi ἀελλόπους.

49. ܒܪܙܐ aper silvestris, qui Syris etiam ܒܪܙ dicitur quod nescio annon دیز esse possit, cum apri silvestres colore fusco insignes esse soleant. ܒܪܙܐ nihil est aliud quam վարազ, وراز pronuntiatum wurâz et warrâz, de quo v. Haft Qulz. VI, 78 گراز آمده که بمعنی خوك نر باشد که جفت (mas) خوك ماده است. Indis वराह auctore Amarasinha: sus. Quodsi گراز et وراز alternari consideremus, talmudicum כְּסִיתָא „coralium" cum وسد, quod idem significat comparare, fortasse non nimis elumbe videbitur. De وسد v. H. Q. VI, 75. Litera گ e litera و oriri non potest, nisi media intercedente ب haud raro in aspiratam aut gutturalem mutatâ, ut خیروج et بیروج malva, Ὑρκάνιοι et Βαρκάνιοι, گرگان, Burnouf Yaçna Notes p. LXI. Huc traxeris etiam quod Nairyoçangha pro بهمن scribit, Gvahman, Burnouf Yaçna p. 146. Τὴν ب scribi loco τῆς و neminem fugit, cf. شنکبیز et شنکویز H. Q. III, 206: بزرك et وزرك ibid. VI, 83 et initio inscriptionis Darianae Nakhschirustemicae: بنکه et ونکه H. Q. VI, 92 واژ et باج ibid. VI, 78. Quae urbs proprie גְּבַל audiebat, Graecis Βύβλος vocabatur. Adde Hystaspis nomen in quo formae omnes simul inveniuntur: Βίσαξ ὁ βασιλεὺς παρὰ Πέρσαις (Hesych.), deinde Ὑστάσπης, zendice .... Viçtâçpa, in inscriptionibus Gôschtâspa, neopersice گشتاسب. Item Darei nomen, داراب et Δαριάκης apud Strabonum libro XVI.

50. ܪܘܙܐ oryza. برنج birendsch et բրինձ non confero nisi dubius. Indice vocatur व्रीहि vrîhi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000037

51. ܐܰܨܠܐ corbis, cistula. Persice زنبيل vel زنبير, ubi ل et ر alternantur ut in شنكبيل, شنكبير (etiam شنكبيز) H. Q. III, 216. 218. De zenbil in H. Q. III, 58 et 67 traditur: زنبيل بمعنی ظرفی آمده كه آنرا از حصير (storea) بافند ودو دسته بر آن نصب كنند وكوشت وبرنج وامثال آن در آن گذارند واز جايی بجايی برند.

52. ܐܘܬܪܐ sacrificium. Zendice 𐬰𐬀𐬊𐬚𐬭𐬀 *zaothra* idem, quod Pehlevice 𐭦𐭥𐭠𐭫 *zuar* pro *zuhr* factum est, plane ut पुत्र *putra* mutatum est in پور. Confer nomen Saporis in inscriptionibus שהפוהר scriptum, „regis filius" (idem est Ξίσουθρος a zendicis vocabulis 𐬑𐬱𐬀𐬌𐬌𐬀 *khschaya* rex [𐬑𐬱𐬀𐬌 क्षि dominari] et 𐬑𐬱𐬎𐬚𐬭𐬀 *khschûdra* progenies v. Burn. Y. p. 369 et Not. p. LXXVII), itemque بغبور: de quo v. St. Martin Mémoires sur l'Arménie II, 54, 488.

53. ܐܘܡܝܢ pinna, specula: est participium praesentis زويدان a verbo زويدن „altum esse".

54. ܐܣܝܢ argentum vivum: जीवक *dschîvaka* „vivus" vox ex hypothesi a me formata, Persice زيبق vel زيبوه v. supra s. v. אַסְפְּדִיכָא. Occurrit etiam جيوه quod formae Indicae quam supposuimus ad amussim respondet: Haft Qulz III, 63: زاووق باصطلاح اكسيريان (in usu loquendi alchymistico) نام جيوه آمده وجيوه بر وزن ميوه سيماب را گويند

55. ܐܙܢܓܒܝܠ zingiber: inveniuntur etiam formae ܙܢܓܒܝܠ, ܐܢܓܒܝܠ, ܙܢܓܒܝܠܐ et ad idem designandum alius radicis vocabula ܫܓܢܒܝܪܐ et ܫܓܢܒܝܪ. Persice et Arabice vocatur زنجفر vel زنجفيل, Indice शृङ्गवेर *çringavêra* v. Amarakôscham. Haft Qulzum III, 86 scribunt zingiber dici etiam راسن, كوش, پپيل, قسط شامی vel غرساه. In voce çringavêra litera R prior apud Persas, Syros et Arabes excidit, quod haud ita raro fit: سنج et سرنج H. Q. III, 103: سقلاط et سقرلاط ibidem p. 156: minori cum fiducia huc refero سكنكبين et سركنكبين ibid. p. 154 quum nesciam num scribendum sit سگنگبين et ducendum a سگ canis. Cf. Burnouf Yaçna pg. 438.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000038

56. זִנְהִיקָא praefectus carceris: Arûk: שומר בית האסורים. Cogitaveram reponendum esse זִנְדְּנְקָא, quum زندان sit carcer, Mohl Fragm. p. 31, 5, Armenice զնդան, sed quum Natan Jechielida, apud quem alias fere semper meliores lectiones inveniendae sunt, heic a solito recentiorum scribendi more non recedat, vereor ne in emendando iusto audacior sim, si *zindanqa* restituam. زندان redit ni fallor ad हन् „interfector, homicida", et धानी „the scite of a habitation" a radice धा „tenere" (Rosen R. S. p. 9) a qua etiam धामन् „habitatio, domus." *H* fit *Z*: हरि — 𐬰𐬀𐬌𐬭𐬌 „fulvus" Bf. Y. 13.

57. ܙܪܕܐ זִרְדָא lorica. Talmud Sabbat 20 A: לא בשריון ולא בקסדא ולא במגפיים: שריון זרדא ubi Scholiasta: זרדא ברוניא (bruenne). — זִירַקְתָּא idem, descendens et ipsum ab Armenico զրահ *zrah*, Persico زره *zirah*: H. Q. III, 86: زره‌موی آنکه بر خویشتن موی خود را زره سازد یعنی تن خود باو بپوشد et ibidem p. 53 زره‌خود آنکه بر کلاه پوشد: Richardson: the lining of a helmet. Nec loricam tantum sed etiam galeam significat Firdausio Suhrab 176, 2 نهان کرد گیسو بزیر زره „cincinnos sub zirah occultavit", ibidem 178, 1 رها شد زبند زره موی اوی „crines eius a vinculo τοῦ zirah liberabantur." Contra lorica est ibidem 177, 9 زره بر تنش یك بیك بر درید „loricam in corpore eius paulatim lacerabat." Anceps haereo 224, 3 زره را وخفتان بپوشید شاد sed malim de galea intelligere. Quem utrumque sensum vocem habere posse ex significatione primaria radicis हृ *hri* prehendere, capere, deinde ni fallor amplecti, facile elicitur. A हृ descendit زره ut [illegible] ab हर्ष Bf. Y. N. cxxxii.

58. זַרְנִיכָא: Arûk: פירושו בלע"ז אורופימינטו auripigmentum, et Syris ܙܪܢܝܟ arsenicum. Persice زرنه, زرنیخ, Armenis զառիկ *zarhik*, Turcis زرنیخ *zernikh* et زرنیق *zernêq*. V. Geographiam Mosis Chorenensis editam ab J. St. Martin in Mémoires sur l'Arménie II, 362 med. Haft Qulzum III, 63 nihil habent nisi: زرنیخ جوهری است معروف

59. ܙܪܢܘܩܐ rivulus: زرنوق idem.

60. ܐܶܓ݂ܢܳܨ berberis: زرشك idem.

61. חיור centum. Talmud Sanhedrin fol. 98 A. fin.: אמר ליה שבור מלכא לשמואל אמריתו משיח על חמרא אתי אישדר ליה סוסיא ברקא דאית לי: אמר ליה מי אית לך בר חיור גווני: „Dixit Samueli rex Sapores: Tu dicis Messiam asino insidentem venturum esse, sed mittam ei equum meum splendidum. Cui Samuel: Num est, ait, tibi centum coloribus distinctus?" Scholiasta: כְּלוֹם יֵשׁ לְךָ סוּס בַּר מֵאָה גְוָנִין. Dissentit R. Natan ben Jechîel qui scribit: פירושו נגוע חלאים גדולים, sed male si quid video, quum Armenis Հարիւր *hariur* sit centum, ut paene חָרִיר emendare audeam.

62. ܫܽܘܪܒܳܩܳܐ helleborus. Persice خربق *kharbuq*, Haft Qulzum II, 110, ubi lingua Gilanaea پلاخم sive پلخم vocari traditur: (Rich.: a sling).

63. חַרְדָּל sinapi: خردل Haft Qulzum II, 117 quo loco Arabiae incolis حب الرشاد refertur audire.

64. ܬܶܢ corpus. Indice तनु *tanu*, zendice ꞏꞏꞏ, persice تن idem, a radice तन् „τείνειν, expandere," quae accurate Hebraeorum תנן respondet. A תנן dicitur serpens vel κῆτος תַּנִּין, arabice تنين *tinnîn*. Formam qittîl a Muhammedis popularibus haud raro adhibitam (cf. سكيت *sikkît* „silentiarius": [S. de Sacy Anth. Gramm. p. 137] فخير *fichchîr* „ἀλάζων", سكين *sikkîn* „culter" بريت *birrît* „ὁδηγός") — hanc inquam formam etiam in codice sacrô invenisse mihi visus sum in nomine vallis Siddim. Siddim „valde voluptuosus" videtur fuisse nomen regis cuiusdam, qui et Sodoma „voluptas" condidit; סְדֹם enim et שִׂדִּים ad eandem radicem redire videntur: سدم, de qua vide Hamâsam p. 102. 704. Similiter ex Arabismo lucem foenerantur nomina שַׁמְגַּר „pastor" a سمجر „aquâ multa diluit lac" aut „timidus" a شمجر „cucurrit modo timentis"; גַּעְתָּם Gen. 36, 11 جعثم „vir corpore pusillus et macer" et עֲמָלֵק غملج „inconstans homo et variabilis" ubi cf. quae de Orqûbo Amaleqita ἀεὶ ψεύστῃ narrant Arabum proverbia. Caeterum عرقوب est ipsum

Hebraeorum יַעֲקָב, proprie calcem designans Hamâs. p. 561 med., additâ literâ Râ: v. §. 55 et cf. ܙܒܘܢܐ ζιβύνη, क्रमेल *kramêla* κάμηλος.

65. טַבָהֲקִי caro assata. Arûk: פירוש׳ בשר צלי; Glossa ad Erûbîn 29 B fin.: חתיכות. Videtur vocabulum Pehlevicum esse, quum manifesto radix nulla sit alia quam طبخ coxit, cui terminatio Persica affixa est, Persica vocatur طباهجه *tabâhdsche*: H. Q. IV, 16: طباهجه بمعنی گوشت نرم ونازك آمده وخاکینه را نیز گفته اند واین معرب تباهچه است. Qâmûs I, 244: الطباهجة اللحم المشرح معرب تباهه. Ex qua vocis origine apparebit, cur ad quasvis escas designandas apta sit; secundum Richardsonium *tabâhdsche* est: „a dish made of slices of meat, onions, eggs and water", deinde etiam: „an omelet." Quod ad syllabam جه attinet ad finem additam, invenimus illam etiam in ماهیچه H. Q. V, 132 مهیچه ibidem p. 174.

66. ܛܰܒܳܫܺܝܪ. Ita restituendum pro Castelliano ܛܒܫܝܪ. Richardsonius vocem طباشیر interpretatur: „a substance of a silicious nature produced in the bamboo, used in medicine, also the ashes of the roots and joints": cui consona tradunt Haft Qulzum IV, 10: طباشیر معرب تباشیر است وآن چیزیست سفیدرنگ مانند استخوان سوخته وآنرا از درون نی هندی بر می آوردند ودر دواها بکار برند ut videas non omnino errasse Castellum quum ad ܛܒܫܝܪ suum ascriberet „σπόδιον, cinis", quae vocis طباشیر significatio occurrit etiam in φράσει طباشیر صبح, quae de aurora pallida adhuc neque iam solis radiis erubescente usurpatur: H. Q. IV, 9. Cf. etiam Qâmûs I, 586.

67. ܛܰܒܰܪܙܰܕ saccharum album: Persis طبرزد *taberzed*. Firdausi Suhrab 160, 10: لبان از طبرزد زبان از شکر: „labia et lingua quasi saccharina." Sadi Opp. II, 383 B. 10:

از دست دوست هرچه ستانی شکر بود
وز دست غیر دوست طبرزد تبر بود

„Quae a manibus amici perpeti debeas, omnia quasi saccharina sunt,

at quae ab inimico tibi immittantur, si per se vel dulcissimi sacchari instar sint, amarissimum fel erunt." Num طبرزد ad بارزد redeat (بنازی قنة H. Q. I, 152) non definio, id unum addens alternationem literarum Dal et Gomal aliis quoque exemplis non destitutam esse, non quidem nomine provinciae Ἀτροπατήνης et اذربیجان quum ibi, quod ex Armenorum Ատրպատական et Ատրպայական (St. Martin Mémoires I, 128) discimus, litera Tau per ی potius expressa sit, ut in Հայր پدر, Մայր مادر — sed in nomine Ἀραχώτου, quod nunc Rokâghe scribi legere memini, porro in جوالك et دوالك H. Q. II, 239, deinde in ܙܘܣܒܠܐ et ܩܘܣܒܠܐ „cingulum", in اورنك denique et اورند H. Q. I, 35 fin. — Quid affinitatis inter syllabas رزد in طبرزد et بارزد atque Indicum रसाल „arundo saccharifera" intercedat, aliis diiudicandum relinquo, mihi hoc vocabulum ex Amarakôscha enotasse sufficito.

68. ܬܘܗܡܐ domus, familia. Armenice տոհմ *tohm* idem, adhibitum Genes. 24, 38 ad vertendum φυλή.

69. ܐܠܟܢܓܒܝܢ oxymeli. Quid sibi velit syllaba prima nescio, pars vocis posterior est Persicum انگبین sive انگبینه „mel" H. Q. I, 128 II, 126. 127 Sadi Opp. II, 249 B. 11 تا قیامت در دهانش تلخ گردد انگبین „usque ad diem resurrectionis ori eius mel amarum est." De oxymelite inspice Plinium H. N. 23, 2: 14, 17.

70. טִצְהָר tres anni. Indice तिसृ *tisri* et वार tempus: zendice 𐬫𐬁𐬭𐬆 „annus", Armenice տարի idem. Islandice ex his vocabulis compositum thrisvar „ter" cf. *hor*-nus. טצהר occurrit Talmud Gittin פר A init, quem locum integrum adscribo: אתקין רב יהודה בשטר זכיני דעבדי עבדא דנן מוצרק לעבדו פטיר ועטיר מן הרורי ומן עלולי ומן ערורי מלכא ומלכתא ורשום דאיני לא אית עלוהי ומנוק׳ מכל מום ומכל שחין דנפיק עד טצהר חדת ועתיק מאי מאי אסיתא. Arm. տարի tamen forsan a तृ, hinc περιπλόμενος.

71. ܝܙܟ praefectus excubiarum. Persis یزك auctore Richardsonio: „the commander of the nightguard or watch, a spy."

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000042

72. כָּאר asinus, Persis خر, Indis खर *khara.*

73. ܟܥܟܐ placenta. Armenis քաքար *khakhar* 2. Sam. VI, 19.

74. כַּרְדְּקָא coquus. Posses cogitare de verbo Persico خوردن „edere, gustare", sed participium خورده nihil aliud significat quam אָכִיל, licet Richardsonius خردك *khurdek* interpretetur: „wellbred, clever." Quare de alia vocis origine investiganda cogitans, incidi in Syriacum ܩܘܪܕܝܐ secundum Castellum fabrum ferrarium, aurificem, artificem designans, in quo tot opificia iuncta iure demireris. Haud abnuerem igitur si quis ad hoc incommodum evitandum, conferret कुरट *kurata* quod inter alia sartorem ut Syrorum ܐܘܪܕܝܐ denotans, proprie est male loquens, σολοικίζων, hinc ad quemvis plebeiae conditionis virum designandum aptissimum.

75. ܓܙܝܪܐ miles, eques, belliger. Persice گزیر *gazîr* vel *guzîr* est heros, vir eximius ceteris praecellens.

76. ܟܝܣܐ marsupium, Pesch. Matth. X, 9 Efraim S. II, 450 A. Armenice քսակ *khsak* (Proverb. VII, 20 ἔνδεσμος ἀργυρίου քսակն արծաթոյ), Persice كيسه.

77. ܠܙܘܪܕ lapis caeruleus: لاجورد H. Qulz. V, 56: لاجورد سنگی است كبود كه از آن نگین انگشتر سازند وصلایه كرده نقاشان ومصوران بكار برند. Idem est لاژورد. Armenis idem lapis a colore կապոյտ Ներկ, կապուտակ գոյն audit. Romanis serioribus lazulus est lapis opacus sapphiri colore aureis punctis distinctus, v. Forcellini ed. Schneeberg. IV, 525 A. Posteriorem vocabuli partem ad radicem वृत् „lucere, fulgere" (Rosen p. 178) referendam esse duco, et لاج cogitavi esse a लाज् *lâdsch* „fricare", كردن صلایه, ut loquuntur Haft Qulzum, ut لاجورد sit lapis quem in pulverem fulgentem redigere solent ad usum pictorum: sed num id teneri possit, viri docti viderint. Fird. Suhr. 207, 5, Sadi Opp. II, 259 A. 12.

78. ܓܘܒܐ locusta. Huc pono quia Armenis idem animal dicitur մարախծղրիդ *marachdzghrid*, ut si մարախ quod etiam solum ἀκρίδα Alexandrinorum reddit: Joel I, 4: Levit. XI, 22: Exod. X, 4: ψ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000043

78, 46 recidas, restet *ghrid* Syriaco ܓܪܝܕܐ sane simillimum; literam enim *l* Armeni solent fere per *gh* exprimere, ut Paulum Pôghos, Lucam Ghûka, Agathangelum Agathangeghos nuncupent.

79. ܦܬܣܢܐ πτισάνη, polenta. Persis ماز (Rich.) medicina purgatoria.

80. ܡܘܙܐ arbor quaedam. موز „the banana or plantain fruit" Rich. v. Gazophyl. p. 241. Indis मोचा *môtschâ* est bombax heptaphyllum, Morunga hyperanthera, Musa sapientum. Aethiopice: מֻז. Haec arbor iam inde ab Jobi Ludolfi temporibus nostratibus notissima, qui eam esse הַדּוּדָאִים illos statuebat a Rubene Leae donatos, v. Ludolfi Historiam Aethiopicam I, 9. 23 et Commentarium pag. 139 sqq.

81. ܡܙܘܡܬܐ forfex candelaria, emunctorium. Habet Castellus in litera Zain ed. Mich. p. 259, sed huc trahendum arguit Armenicum բազմակալ *bazmakal*, quo vocabulo redditur ἐπαρυστήρ: Exod. 25, 38: I. Reg. 7, 49.

82. מַרְזְבָנָא, ܡܪܙܘܒ marchio: proprie is cuius curae fines imperii demandati sunt. Persice مرزبان, Armenice մարզպան *marzpan*, Eliseus Opp. 50, 22: 59, 17: 61, 28.

83. מַרְתְּכָא, ܡܪܬܟܐ (ita enim confidentissime emendo Castellianum ܡܪܬܟܐ) λιθάργυρον. Talmud Gittîn: פ״ז A: ibidem 69 B. fin. argento vivo iunctum, ubi Scholiasta: מרתכא קוגילון והוא מפסולת הכסף מקום שהופרין כסף מן הקרקע ויוצקים אותו ומעלה ריתחא והוא מרתכא Persice idem مرتك *murtek* vel مرده سنگ Haft Qulzum V, 106: آن جوهری باشد که از سرب سازند ودر مرهم بکار برند اگر قدری از آن در سرکه اندازند سرکه را شیرین کند — Armenice praefixo քար, quod lapidem denotat, λιθάργυρον vocatur քարմարցանք *kharmartzankh*. Cf. Plinium H. N. 26, 10.

84. ܙܒܘܢܐ ζιβύνη, σιγύνη, iaculum. Persice نیزه, Pehlevice secundum Muellerum [illegible] *nizak*, unde Arabum نیزك originem tra-

xit, a quo ترك simili ratione descendit, quam بسط a بساط v. supra s. v. בַּסְתַּרְקֵי.

85. נִשְׁדּוֹר ammoniacum. Arûk: אמוניק וישׁ אומרים אמיינטר. Arabice et Persice نشادر, Armenice, si recte memini, անուշադիւր *anuschadiur*.

86. ܢܰܒܠܗܙ laterna: Armenice լապտեր *lapter*.

87. ܣܺܐܡܳܐ argentum: Persice سيم.

88. ܣܰܡܣܡܳܪܳܐ reptile. Persice سوسمار, Richardson: „a species of a green lizard with the head of a serpent, which burrows in the ground like a mole; a small female landcrocodile; alligator; porpoise." Litera *u* et hoc in vocabulo, ut in גידהר cum litera *i* permutata est. Primo loco hydrum significari per سوسمار auguror, quum syllaba ultima مار manifesto sit „anguis", ita dictus a mortifero veneno quod secum fert (मार interficiens, θανατηφόρος), et syllabae priores سوس pertinere videantur ad Indicum शुषि, सुषि *çuschi* „spelunca, lustrum."

89. פַּזְמָק calceus. Talmud Sabbat ס"ב A, ubi glossa: פזמקי אנפלייאות של ברזל במלחמה. In eodem libro Talmudico 10 A. init. scribitur פרזמקי, explicatum illud a Scholiasta: אנפילאות חשובים (caleçons) ברגליו בלע"ז קאלצונ"ס. Persis وشمك *weschmek* „calceus e corio confectus," Haft Qulzum VI, 83: وشمك بمعنى كفش وپاافزار چرمى آمده. Idem est بشماق.

90. פִּיל elephas. Indice पीलु *pîlu*, Persice پيل, فيل: Armenice փիղ *pigh*, ubi elephantes in bellis contra Armenos gestis adhibitos esse a regibus Persarum ex Eliseo annoto: Opp. pg. 39 init. 98 init., licet Armeni non sine admiratione de his bestiis loquantur, (cf. Eliseum pag. 101: Artashir or 'i veray gazanacn nstēr „Artaschir qui feris bestiis insidebat") — ut minime eis familiares fuisse facile appareat. Ab hac nostra voce descendit Syriacum ܓܪܡܦܝܠܐ „ebur", proprie os (עֶצֶם) elephantis.

91. ܦܢܕܘܩܐ nux avellana. Persice فندق *funduq* vel بندق secundum Richardsonium: „a filbertnut, a nut good against the sting of a scorpion." Cf. H. Q. IV, 59. I, 181.

92. פְּפוּסְיָא calceus. Persice پاپوش idem, proprie: pedem vestiens.

93. פַּרְגּוֹדָא aulaeum. Romanis serioribus paragauda sive paragaudis est vestis fasciis aureis vel sericis distincta, v. Salmasium ad Trebell. Claud. 17. Vopisci Aurel. 46 ibidemque Casaubonum. Talmud Sabbat 120 A. septendecim aliis vestium generibus circumdatum a Scholiaste exponitur: גנוֹלילש (génouillères) ובלשון אשכנז (kniehosen) קנידהוזן. Sed Berakôt 18 B. med. in fabula de spiritibus (si iam liceat Thomae mei Aquinatis vocabulo uti ad designandas umbras sine corpore vigentes) subauscultando arcana coelestis imperii excipere volentibus: שמע שתי רוחות שמספרית זו עם זו אמרה הדא לחברתה חברתי בואי ונשוט בעולם ונשמע מאחורי הפרגוד מה פורענות בא לעולם „Audivit spiritus duos confabulantes, quorum unus ad socium: Agedum, circumvagemur in mundo, et pone aulaeum quaenam poenae immineant mortalibus audiamus, i. e. Dei secreta rimemur." Ni me omnia fallunt פַּרְגּוֹד descendit ab Indico गुठ् *guth* „circumdare, vestire, tegere" et praepositione परि *pari* (Rosen R. S. pag. 147) vel a खुड् „operire, obtegere, velare" (ibid. p. 153) sive गुड् „circumdare, ligare": graece *κεύθειν*, ut *parikhud* in lingua Indica utique nondum exemplis confirmatum, sit formatum ut Graeca verba *περικλονέω*, *περικλύζω*, *περικλώθω*. Hinc פַּרְגּוֹדָא est परिखुडत् *parikhudat* „circumcirca velans et tegens" quod etiam ad braccas designandas apprime aptum.

94. ܦܪܘܪܐ tectum, v. אֲבַרְוָארִי.

95. פַּרְוַנְקָא ܦܪܘܢܩܐ: Efraim Syr. Opp. I, 415 D. per ܦܪܘܢܩܐ exponit latinum ܛܒܠܪܐ „tabellarius", ut sponte appareat, illius sancti doctoris tempore vocabulum nostrum satis usitatum fuisse. Qui Persicam linguam didicit, confestim پروانه ibi idem significare

sibi in animum revocabit: Pehlevice auctore Muellero est ... פרואנך, Arabice فرانق. Apud Indos प्रवण prawana secundum Çabda Ratnawalî est celer, citus. Posses etiam, idque fortasse maiore cum iure, cogitare de verbo प्रवा prawâ „ire, se movere," unde प्रवानी prawânî „radius textorius", ultro citroque means, quo subtemen stamini inseratur.

96. פַּרְהַגְּנָא praefectus. R. Natan scribit אַפַּרְהַגְּנָא. Scholiasta ad Talm. Gittîn 44 A. exponit מציק „oppressor," sed est ab Indico प्रशास् praçâs, „regere," quod zendice dici debebat *fraçangh*. Apud Persas recentiores فرهنك idem est quod علم وفضل ودانش وعقل وادب وبزرگی وسنجیدگی H. Q. IV, 61. Ita ex श्वशुर çvaçura fit ἑκυρός, ex शश çaça Germanicum „hase."

97. פַּרְסָה Syriace ܦܪܣܗ pararanga, nunc فرسخ, vocabulum notissimum.

98. ܦܪܦܚܝܢܐ blitum, portulaca. Ita confidenter emendo Castellianum ܦܪܦܚܢܐ, ductus auctoritate Arabici فرفخ vel فرفخين, quod ex linguis Jafetiticis transsumptum arguit Armenorum փրփրեմ *frfrem*.

99. ܦܘܡܩܐ clitellae: idem videtur quod פומק. Armenice բազմական bazmakan „sella, stratum."

100. פַּתְכָּר, ܦܬܟܪܐ imago, idolum. Assem B. O. I, 26. Efr. S. II, 446 A. Indis प्रतिकृति pratikriti secundum Wilsonum: „an effigy, a figure, an image, a picture, a reflection, a shadow, a reflected image." In inscriptione Darii Nakhschirustemica lin. 40. 41: awâ dahyawa tyâ Dâryawus khschâyathiya adâraya patikaram, ubi tamen dissentiunt Lassenius et Hitzigius, ille vicarium, statuam hic intelligens. Sed vicarii regis vocabantur imagines vel umbrae regis, ut rex umbra Dei: cf. Sadi Opp. I, 9 A, 2 پادشاه سایه خدا باشد سایه با ذات آشنا باشد „Rex dei umbra est, umbra eius cuius umbra est amicitiam colere debet." Itemque in inscriptione Takibustanica, quam S. de Sacy primus interpretatus est, secundum

exemplar Costianum ab Eugenio Boré (Diar. Asiat. Paris 1841 Jun.) cum orbe erudito communicatum, legitur פתכלי (melius פתכרי). Armenis idem vocabulum est պատկեր *patker* Gen. I, 27. Mos. Chor. I, 1: notissimum denique est neopersicum پیکر. Pro praepositione Indica प्रति semper apud Armenos invenitur պատ, ut in պատճէն *patdschên* „copia, exemplum" Eliseus Opp. p. 7 med. (est hebraibum פַּתְשֶׁגֶן, ut פֶּחָה est փոխանակ *pochanak* „vicarius"). Eadem ratione explicandum פִּתְגָּם ܦܬܓܡܐ Efr. Syr. II, 553 F., persice پیغام Sadi Opp. II, 265 A. 12: 266 A. 18: 271 A. ult.: ازهرچه میرود سخن دوست خوشتراست: پیغام آشنای نفس روحپرور است „Dulcior omnibus quae accidunt est loquela amici, eiusque qui animi mei socius est, verbum mentem nutrit." Ibid. 279 B. 6.

101. ܩܐܩܠܐ vel ܩܐܩܘܠܐ καρδάμωμον, frutex odoratus, amomo similis, semine oblongo: Plin. H. N. 12, 13: 13, 1. 2. Persice قاقله *qâqule* Haft Qulz. IV, 91 et 93.

102. ܩܘܣܛܝܓܐ cingulum. Pehlevice ut tradit Muellerus, [illegible] קוסטיק, Armenis գօտի *gôti* ζώνη Matth. X, 9, unde քաջագօտի „expeditus, εὔζωνος" Moses Chor. I, 11. Descendit ab Indico कुष् *kuç* „amplecti, circumdare."

103. ܩܘܢܕܣ herbae genus. Persice قندس *qundus* secundum Richardsonium herba quaedam venenata.

104. ܩܢܕܪܘܓ storax. Persice قنزوج Rich.

105. ܐܪܙܐ secretum nihil est aliud quam रहस् *rahas*, quod Wilson exponit: „solitariness, religious or mystic truth," atque auctore Amarasinha: „in private, secretly," ductum illud a रह् to abandon society et suffixo असुन्. Hoc vocabulum iam temporibus admodum remotis in linguas semiticas receptum esse debet, quum Semitae id proprie a suis loquendi modis alienum esse, nulla ratione sibi conscii sint. Simile quid accidit in vocabulo דָּת iam in benedictione Mosis occurrente, ubi ὡς ἐν παρόδῳ annotare placet, carmina quatuor in sacro codice Moysi adscripta unum eundemque omnia aucto-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000048

rem agnoscere, quod facile patebit, si linguae stylique ἰδιωτισμοὺς omnibus simul communes perpendamus, quales sunt quod amat auctor numerum pluralem: עֵצוֹת Deut. 32, 28. אוֹצָרוֹת v. 34. עֲתִידוֹת v. 35. פְּרָעוֹת v. 42. תּוֹעֵבוֹת v. 16. תְּבוּנוֹת ψ 90, 10. תְּבוּאוֹת Dt. 33, 14. תְּהוֹמוֹת Exod. 15, 5. 8. מְצוֹלוֹת v. 5. תְּהִלֹּת v. 11 —, quod amat praepositionem בְּ ad indicandam rationem qua quid est: בַּכֹּחַ Ex. 15, 6. בַּקֹּדֶשׁ v. 11. בִּגְבוּרוֹת ψ 90, 10 —, quod imperfectum apocopatum adhibet, ubi plena eiusdem temporis forma exspectatur: ψ 90, 3: Dt. 32, 8; — quod postponit verbum Dt. 32, 3. 16. 17. 38. 41. 43: 33, 17. 19: ψ 90, 7. 9. et periodos eodem modo dispositas exhibet: Dt. 33, 21. 16. 38. 41: 33, 17. 19: ψ 90, 7. 9; — quod accusativo duplici utitur: ψ 90, 14: Dt. 33, 11: 32, 14. et appositiones quae vocantur constanter eadem ratione adiicit: Dt. 32, 17. 5. 43: 33, 9. 29, ubi cf. 33, 6 omissionem voculae אַל inde tantum explicandam, quod comma וִיהִי מְתָיו מִסְפָּר tanquam appositionem ad אַל יָמֹת adiectam intelligi voluerit, — quod in comparationibus instituendis utitur aut כְּמוֹ sine articulo, aut כְּ addito articulo Ex. XV, 5. 8: ψ 90, 9: Exod. 15, 7. 10. 16: Dt. 32, 2. Quibus adde vocem קָמִים simillime adhibitam: Ex. 15. 7: Dt. 33, 11 — et saepissime repetitum אָמַר Ex. 15, 9: ψ 90, 3: Dt. 32, 20. 26. 37. 40: 33, 27, denique vocabula haud pauca quatuor carminibus communia: קָנָה Dt. 32, 6 — נִבְהָל Ex. 15, 5: ψ 90, 7 — יָנַק Deut. 33, 19: 32, 13 — חַיִל Ex. 15, 4. Deut. 33, 11 — רְבָבָה Dt. 32, 30: 33, 3 — חוֹלֵל Dt. 32, 18: ψ 90, 2 — עָרַף Dt. 32, 2: 33, 28 — בָּדָד Dt. 32, 11: 33, 28 (ubi cf. Job. 15, 19 et φράσιν Arabicam بيضة البلد Hamâsa pg. 250 et 341) — רָנַן Dt. 32 fin.: ψ 90, 14 — כּוֹנֵן Ex. 15, 17: ψ 90 fin. — חוּשׁ Dt. 33, 19: 32, 13 — הֹר וָדֹר ψ 90, 2: Dt. 32, 7 — רָכַב Dt. 32, 13: 33, 26. Neque omittendus usus formulae מִי כָמֹכָה Ex. 15, 11: Dt. 33, 29, ac ter obvia imago qua deus domicilium hominum esse dicitur: Dt. 33, 12. 26: ψ 90, 1 — denique in quatuor carminibus id quod summum rei tractandae erat,

quodque proprie inculcandum sibi sumserat auctor, ad calcem odae tractari animadvertendum.

Sed iam ad rem revertere necessum est. Vocabulis jafetiticis quae antiquissimis iam diebus in linguis semiticis civitate donata sunt, forsan אַרְמוֹן quoque accensendum, quum Indice हर्म्म *harmma* palatium designare apud Amarasinham legatur et in carminibus Indorum epicis creberrime invenire sit. Huc refer etiam शोण *çôna*, „crimson" unde שָׁנִי: forsitan etiam כִּנּוֹר, collato Graecorum nomine Κινύρας et deo Indico किन्नर *Kinnara*, qui Cuverae minister fidicinis coelestis apud illos vices tenet. Adde fortasse etiam ܩܡܛܐ arca Efr. Syr. II, 481 C., collato Indico कवाट. Contra nec linguae jafetiticae verbis carent e semiticis ita transsumptis, ut ea alienigena esse prorsus in oblivionem cesserit: qualia sunt تهی תֹּהוּ Firdausi Suhrab 202, 4: 204, 5 — զէն زین „clitellae" Fird. Suhr. 194, 3: 180, 7: 196, 8: Sadi Opp. II, 234. A, 17 — et zendicum 𐬛𐬀𐬉𐬥𐬀 *daêna*, Burnouf Yaçna p. 391, apud Armenos դէն *dên* „fides, religio" v. Eliseum Opp. pg. 7. init., pg. 69, p. 113, lin. 20. licet a Burnoufio ad radicem jafetiticam relatum sit, Hebraico דִּין simillimum; Muellerus hebraicum הַר „mons" reperisse sibi visus est in vocibus البرز et 𐬀𐬭𐬞𐬀𐬭𐬯𐬍𐬥 *Arparçîn* „mons Persicus", ut taceam de vocabulis pehlevicis طلبيدن, بنياد, aliis. Quod עֲלוּקָה (Prov. 30, 15) Alexandrinis, interpreti vulgato et Graeco Veneto per hirudinem expositum, amicissime cum Indico जलौका *dschalaukâ* vel जलुका *dschalukâ* conveniat, idem significante, nescio an non forti adscribendum sit. Habet vocabulum illud Çabda Ratnawali.

106. ܪ̈ܘܣܛܩܐ Pehlevice 𐬭𐬋𐬯𐬙𐬁𐬐 רוסטאק proprie 𐬭𐬋𐬯𐬙𐬁𐬐 „regio quam flumina pertranseunt." Arabice روستاق, Persice روستا. Haec omnia ex Muelleri commentatione iam saepius adducta didici. Castellus tradit ܪ̈ܘܣܛܩܐ esse suburbana, neque ei calculum adiicere abnuerem, quum Persicum پیراسته („fauxbourg" Gazophyl. p. 43) praepositione tantum प्रति praemissa a nostro vocabulo differre vi-

deatur. — רַסְתַּק via publica. رسته Persis: „a main road" Richards. Talmud Baba Batra פ"ג A. חמרא בריסתקא דמחוזא „asinus in platea urbis," ubi Scholiasta: ריסתקא רחבה.

107. שַׁבְלִילִיתָא vel ut Talm. Sabbat 110 init. in editione Francofurtoberolinensi scribitur שַׁבְלִילְתָּא: foenum graecum. Persice شنبليت, شلمبز, شمليز, شمليد idem: H. Q. III, 198. 206. Eadem herba etiam گل راهرو *guli râhrew* dicitur: چه پيشتر در راه رويد.

108. ܣܝܪܢܟ struthiocamelus: Persice سيرنك ut refertur in Burhâni qâti. Cognata videntur سارنك „avicula quaedam nigra" (Rich.: starling) H. Q. III, 135; et ساروك ibidem: avis quaedam sonos humanae linguae imitari docta.

109. ܬܓܐ תָּגָא Efraim S. II, 457 F. corona: Persice تاج idem, saepissima coniunctum cum تخت thronus, ubi nota alliterationem quam vocant. Quae quum in linguis orientalibus haud ita rara sit, at plerumque a viris doctis silentio praetermissa, paucula eius nunc exempla afferre constitui. مرغ وماهی Fird. Suhr. 161, 13: گرز وگوپال ibid. 169, 1. et ibid. 169 fin.:

زتاج وزتخت وكلاه وكمر
زاسپ وزاشتر زرز وگهر

ib. 173, 3 های وهوی: — ib. 178, 12 et Sadi Opp. II, 474 A. 6. گفت وگوی: — Fird. Suhr. 180, 9 بتاج وبتخت وبماه وبمهر: — ibid. 198, 3: تيغ وتخش: — ibid. 199, 3 et 13: 205 fin.: 203, 11 تاج وتخت: — ibid. 199, 3: بزرگی وبخت: — Sadi Opp. II, 231 A. ult.: عرب وعجم: — ibid. 268 B. 10 شهد وشكر: — Haft Qulzum I, 169 fin. باز وبسته „solutus et vinctus"— Ferîdeddîn Pendnâme 19, 10 ترش روی تلخ گوی: ibid. 29, 10 خواب وخور: — ibid. 34, 9 نام وننگ: ibid. 49, 7 غل وغش. Similiter amant Persae vocabula in syllabam eandem exeuntia coniungere: cf. گهان ومهان Fird. Suhr. 188, 6: Sadi Opp. II, 232 B. 17 — زر وگهر Fird. Suhr. 169 fin.: — تال ومال Haft Qulzum I, 430: — تخت وبخت Sadi Opp. II, 224 A. 15. كوش وهوش ibid. 224 B. ult.: — تيمار بيمار ib. 225 B. 9: — كاج وعاج

ib. 268 B. 9: — شبر وقبر ib. 268 B. 10. Apud Arabes العسر كاليسر Hamas p. 507: أرى شرى ibid. p. 384 et usitatissimum اللهو واللعب. Apud Hebraeos confer עָזוּב וְעָצוּר — נִין וָנֶכֶד — שָׁמִיר וָשַׁיִת — עָנָן וְעָשָׁן — שֹׁחַד וְשַׁלְמֹנִים — צָרָה וְצוּקָה — נָע וָנָד — מַהֵר וּמַתָּן — גַּאֲוָה וְגֹדֶל — שֵׁם וּשְׁאָר (Jes. 14, 22); alia similia multa. Confer etiam Gen. 3, 15-19 תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב · תְּשׁוּקָתֵךְ אִישֵׁךְ · תָּשׁוּב אֶל עָפָר: videntur haec e carmine sumpta, ut Gen. 21, 14-21 e traditione Arabica (cf. כִּמְטַחֲוֵי קֶשֶׁת v. 16: חֵמֶת uter v. 15. 19 i. e. حميت Hamâs. p. 676 init.). Adde Ἰαννῆς καὶ Ἰάμβρης 2 Tim. 3, 8 (nomina symbolica יָנִיא recusator [a נוא] et יַמְרֶה refractarius: Muhammedani Sâmirum Mosi restitisse ferunt; Hâfiz msc. p. 55 A: 130 A). Apud Talmudicos inspice praeter alios locos Môêd qaton 25 B in oratione ad Rabbae bar Huna sepulchrum habita: קָאַת וְקִפּוֹד הֻכְפְּלוּ לִרְאוֹת בְּשׁוֹד וָשֶׁבֶר הַבָּא מִשִּׁנְעָר: רוֹכֵב עֲרָבוֹת שָׂשׂ וְשָׂמֵחַ בְּבוֹא אֵלָיו נֶפֶשׁ נָקִי וְצַדִּיק ubi animadverte repetitas literas Qôf, Schîn, Rêsch, Nûn. Atque eodem loco: בְּכוּ לָאֲבֵלִים וְלֹא לָאֲבֵידָה שֶׁהִיא לִמְנוּחָה וְאָנוּ לַאֲנָחָה:

110. תַּרְנְגָלָא gallus. Videtur dictus esse ab Indico तर्णि *tarni* sol et कल् *kal* sonare (*καλεῖν*): is qui solem vocat, lucidum diei sidus cantu suo quasi expergefacit. Ex oriente gallus Hebraeis advectus.

In iudicio de me ferendo meminererint quaeso viri docti proverbii illius Arabici: ما لا يدرك كله ما لا نترك كله فان العلم بالبعض خير من الجهل بالكل —, simul vero etiam Sadiani illius Opp. II, 216 B. 7:

در آن حديقه كه بلبل مجال نطق ندارد
تو شوخ ديده مگس بين كه بر گرفت طنين را

Feliciter explicit.

FERIA II POST DOM. XIII TRIN. A. D. CIↃIↃCCCIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000052

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000053

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000054

D. Dc 15.

ULB Halle 3/1
000 886 424

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000055

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-27545/fragment/page=00000056